JACOBI GUARINI

AD FERRARIENSIS GYMNASII HISTORIAM PER FERRANTEM BORSETTUM CONSCRIPTAM

Supplementum, & Animadverſiones.

PARS PRIMA.

TUNDENDUM

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

BONONIÆ, MDCCXL.

Ex Typographia Laurentii Martelli.
Superiorum facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUTHOR SUPPLEMENTI

AD AUTHOREM

HISTORIÆ GYMNASII FERRARIENSIS.

EOdem prorſus pacto, quo M. Antonium Guarinum, ſanguinis, licet remoto vinculo, mihi conjunctum, anteacto ſæculo, ſupplevit *ANDREAS BORSETTUS* Patruus tuus, ſupplebo ego tui amicus, ſcripta tua (Ferrantes prælibatiſſime) Ille Eccleſiaſticam Ferrariæ Hiſtoriam Guarini ſupplendo complevit: ego ejuſdem Civitatis Gymnaſticam a te conſcriptam abſolvam: Ille quæ in antiquo ſcriptore deſiderabantur, vel illo jam demortuo, evenere: Egò quæ ante te, vel tua ſaltem tempeſtate acciderunt (quæque tu neſcio

Digitized by Google

qua mentis oblivione omiſiſti) adhibebo. Ornabunt, puto, quæ ſcripturus ſum, ea quæ tu ſcripſiſti, tuamque Hiſtoriam luculentiorem facient: de quibus gratum mihi te futurum fore putabo: quin pergratum etiam me futurum eſſe ſperabo illis quibuſcumque viris, quorum apud te nulla, vel valde exigua memoria eſt.

Sed age. Cur quæſo, tantarum rerum, totque illuſtrium Virorum, qui Ferrarienſe Gymnaſium illuſtrarunt, mentionem intermiſiſti; nec tantummodo antiquorum, ſed hac noſtra ætate, in dignitate viventium? An tabulæ defuerunt tibi? an Archiva? Non ergo Ferrarienſium rerum moderator es? non Archivi præfectus? Tu omni Ferrarienſi doctrina imbutus, omnia ſapienter agis, & quæ in obſcuro latent ſuſcitantur abs te, ut in lucem prodeant. Debueras igitur quorumcumque, de quibus ego in hac mantiſſa ſcriptum faciam, plenam ſcientiam habere: Ego enim hæc eadem omnia olim a protocollis publicis emunxi, adeò ut ipſamet ſe tibi facilè offerre poterant, nec ea tu ignorare debebas: ſed aciem oculorum tuorum effugerunt: inquis enim: non omnia poſſumus omnes. *Quod quidem ingenuè, ſed intempeſtivè fateris. Nam qui de tui parſimonia conquerebantur, te in operis decurſu nimium, & penè prodigum ſenſere: profudiſti enim inveſtigationes quamplurimas undequaque dumis ſeptas, atque ætate diſtantes, ſed nihilo pro eo, quod inſtituiſti pendendas. Præterea laudationes, præconia, commendationes, titulos, elogia graviſſima, ornatiſſima, & fucata profudiſti: notiones ad rem tuam non facientes, opuſque tuum ad turgeſcentiam uſque perducentes intrudere ſatagiſti: Nomina, & perſonas mercenariæ, ſervilis, ac pediſequa conditionis: Architectos, Sculptores; Pictores; Miniatores; Scriptores, Muſicos; Symphoniareas, Organi-*

ganiſtrias, eoſque, qui ad numerum lyræ, vel magnâ, vel parva, ac quocumque alio inſtrumento eminent, in cathalogum uſque, & quidem ingentis numeri, perduxiſti. Quid lecytho cum ſtrophio? quid ſpeculo commercii cum gladio? Quid ad rem noſtram faciunt? Quid ad Ferrarienſe Gymnaſium tot extranei, Ferrariam tamquam canes ad Nylum permeantes? Ecce, Borſette ſpectatiſſime, ecce id, quo abundaſti: Ecce id in quo diminuti ponderis te revelaſti, reſecando utilia, ubi ubertatis opus erat, atque inutilia ad tui libitum ſurrogando, ubi finiendi locus fuerat præfigendus: immò & damnoſa nonnulla ſuperſerendo, quæ Gymnaſii famam imminuunt potiùs, quàm amplificent. Hoc pacto duo, & quidem magnæ molis Volumina conſtruxiſti, dum ea, quæ pro uno vix complendo ſatis erant, in infinitum penè currente rota, protrahere ſtuduiſti.

Quapropter, ut Hiſtoriæ tuæ, tibique morem geram, nihil antiquius in mentem habui, quàm ad illam laudabilius extruendam, periti cultoris vices gerere, ut deſtruam, & evellam, ædificem, & plantem; atque ità rem tantæ utilitatis pro communi Patria ſartam tectam reſtituam. Perlege igitur, o ſcriptor optime, & mea verba, tamquam ab ore tuo provenientia reputare ne dedigneris. Quæ tu facere debueras ſuppleo, vel ad ea videnda, pro quibus lippitudine laboraſti, conſpicilia naſo tuo adapto, & quidem non plana, ſed ſenilia; ut facilius hoc pacto omiſſa invenias, & res, quas pro nihilo habuiſti, in pretio habeas. Dic mihi quæſo, amabo te: quanti nunc veneunt duo hæc tua volumina? Quanti plurimi, & quidem meritò. Impoſterum (hac addita mantiſſa pro corollario) maximi venundabuntur. Nonne ergo tibi rem gratam facio, quod res tuas curo? Novum dehinc erit Bibliothe-

carum

Digitized by Google

carum penſum ; ut abſque meis vindiciis opus tuum incompletum cenſeatur . Quęritabunt Bibliopolę , & Bibliothecarii hoc meum ſupplementum : eritque pro honoris , & integritatis nota , in cathalogis qui per Italie ora , & ultra montes circumferuntur ſi legatur = Borſetti de Ferrarienſi Gymnaſio, cum ſupplemento Guarini . *Abſque hoc ſyrmate , parvipendendum , reijciendumque potius , ac pro mutilo informique libro Opus tuum arbitrabunt . Vale .*

Digitized by Google



A D L I B R U M P R I M U M

HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum, & *Animadverſiones*.

IN fronte prioris Libri, tabula illa ſe mihi offert, quæ viriculo inſculpta, mediam penè implet pagellam. Hæc tota pictura eſt Sacri Concilii œcumenici in Civitate Ferrariæ, atque in ſummo ejus Templo, ab Eugenio IV. Summo Pontifice, anno 1438. coacti, pro Græcorum cum Eccleſia Catholico-romana concordia; quod poſtea ob infecti aeris contagionem peſtiferam, ad Florentinam Urbem pro concluſione translatum fuit. Patres omnes latini, & græci, una cum Imperatore Joanne II. Paleologo, Demetrio fratre, & ipſomet Eugenio Papa ſedentibus, adſtant delineati, ſed non qua fieri poterat veritate. Totum opus ad Pictoris libitum efformatum eſt: Templi majoris conſtructio, longè diſtat a vero ædificio, cujus topographia T. 1. l. 4. pag. 356. Borſettanæ Hiſtoriæ exhibetur. Vultuum ſpecies *pag.* 1.

ſpecies nulla eſt neque in Pontifice, neque in Imperatore. Habentur nummiſmata maximi moduli, & quidem contemporanea, a quibus vera utrorumque facies deſumi poterat quæ hic afferrentur. Quemadmodum enim ſingulas aliorum ſubſequentium librorum frontes novis tabulis topographicis, & quidem ad libellam veritatis ſculptis exornare Borſetto placuit, ita de veritate curandum erat in fronte libri primi, ne a fabuloſo, ſeu commentitio inventu opus exordiretur.

Acta Concilii Florentini ex Vaticana Bibliotheca collectorem habuerunt Horatium Juſtinianum, qui illa ex valvis æneis Baſilicæ S. Petri (pro eo quod ad res cæremoniales ſpectare poteſt) deſumpſit, & ex typographia de propaganda publici juris fecit anno Domini 1638. Ibi totius Concilii hiſtoria perhibetur, & in altera parte ubi de Græcorum adventu Ferrariam ſermo eſt, totus apparatus deſcribitur rerum conciliarium, quæ incidi debuerant. Ibi Paleologus pluſquam ſemel magno illo galero cuſpidato coopertus depingitur, prout in nummiſmate hic inciſo, ex Muſæo Nicolai Baruffaldi Ferrariæ, in fronte ſecundi libri demonſtrabimus. Modus, & ordo ſedendi, & loci apparatus etiam deſcribitur a Ludovico Maimbourgo ſatis eloquenter: a quibus omnibus quantum ſatis erat ad veram pingendam hiſtoriam ſuppeditari poterat ſculptori, & Hiſtoriæ illius compilatori.

Hac igitur fronte illuſtranda erat Gymnaſtica Hiſtoria in hoc priori libro, non commentitio diagrammate. Sed ut ad Hiſto-
pag. 2. riam perpendendam accedamus, ad paginam 2. me ſiſto, ubi de Ferrariæ originibus, deque variorum Scriptorum diverſa opinione verba fiunt, ibique hoc primùm noto. De Vico Egonum, ſive Ananino ſermo fit, ſed nulla mentio eſt de VII. Vicis hac, illac per Ferrarienſem agrum diffuſis. Eorum recordatio in antiquo marmore extat Ferrariæ, & pro totius Ferrarienſis hiſtoriæ fundamento habetur tum a Gruthero, tum a Ligorio, tum a Gaſpare Sardio. Poterat Borſettus hos authores, & marmor illud adire: proſtat enim in ædibus recordati Baruffaldi, prout etiam a Manutio, & Jacobonio deſcribitur hoc pacto.

C. VA-

Digitized by Google

C. VALIO
POLYCARPO

Ornamenta. Decurionatus. Inluſtratus a ſplendidiſſimo ordine Arimin. Patron. VII. Vicorum. Item Collegior. Fabr. Cent. Dendr. Colon. Arim. Item Ornamenta decurionatus inluſtratus a ſplendidiſſimo Ordine Piſaurens. Patrono Collegiorum Fabr. Cent. Dendr. Navic. & Vicimag. Colon. Piſaur. Plebs Piſaur. ob merita cujus dedicat ſportulas. Decur. V. itemq. Collegiis Plebi. I. dedit.

L. D. D. D. P.

Item de Foro Alieni per Corn. Tacitum Hiſt. lib. 3. poſt initium commemorato, teſtimonium afferri poterat. Vel alia recenſenda erat opinio, & quidem non parvi ponderis, nec levioris momenti, nempe Ferrariam non a Foro Alieni, ſed a Feriando derivatam; atque ità non Ferrariam duplici RR, ſed Ferariam nuncupandam eſſe, ex opinione Pyrri Ligorii in libro Originum Civitatis Ferariæ, typis impreſſi ſub nomine *Fragmenti* (quem librum authographum, & completum, non verò acephalum, & mutilum nobis videndum tradidit Joſeph Maſius Eccleſiæ Cath. Ferrariæ Manſionarius, & rerum Patriæ ſuæ accuratiſſimus collector) ubi opinio hæc ſatis valido fundamento comprobatur.

Ad antiquæ Vicoabentinæ Civitatis deſtructionem progreditur Borſettus pag. 3., & ad translationem Sedis Epiſcopalis Vicoventiâ Ferrariam, ad bifidas Padi ripas. Ibi Ferrarienſes, Padi, ſeu Eridani accolæ eſſe cœperunt juxta antiquiſſimum Vitaliani Papæ in ſeculo VII. aſſertum diploma, cujus mentio eſt apud Franciſcum Petrarcham in Romanorum Pontificum Hiſtoria, ejuſque breve fragmentum affert M. Antonius Guarinus l. 6. fol. 387. illudque per extenſum, & completè in Ferrarienſi Archi- *pag. 3.*

vo ſervari teſtatur. Poterat igitur Borſettus, qui hujus Archivi præfectus eſt, cuique nemo claves contendit, totum hoc Diploma abſolutè complere, nec non in hoc loco tranſcribere, nec illud pro figmento habere [quemadmodum apud non nullos ſcriptores habetur] cum mentio illius pro hiſtoria ſua aſtruenda ſatis profutura fuiſſet illudque non præterire: ſed ubi de Vitaliano mentionem facit, integrum totum afferre, hac ſaltem fretus ratione, ut curioſis criticis [qui tale Privilegium ſuppoſitum, ſimulatumque undique declamant] commodè exhiberi poſſet tota ſuſpicionis materia, atque ità rationes dubitandi in apertum proferri, ut manifeſtè depræhenderentur; &, ſi ratio id poſtularet, confutarentur.

Omiſſionem itaque hanc ſupplendo, in calce hujus prioris libri afferam integrum Vitaliani Papæ Privilegium ex Peregrini Priſciani latebris effoſſum: mihi enim Archivum Ferrarienſe penetrare non datur. Nec illud ad præſens, in hac pagina tranſcribam, ne ab incæpto inſtituto deflectam.

Subditur in eadem Hiſtoria pag. 3. Civitatem Ferrariæ *Græcorum, Gallorum, Germanorumque Imperatorum ſucceſſivè juſſis paruiſſe &c.* Dematur quæſo, verbum illud *Græcorum*, nam hoc perperam aſſeritur, ſaltem quod ſciam. Imperator Paleologus certè tunc cùm Concilio interfuit, nec leges ſancivit in hac Civitate, neque populo huic imperavit. Præter hunc, quinam alter Græca corona decoratus, hanc Urbem rexerat? nullus profectò. Nec valet dicere, Pelaſgos cum Oenotro in Italiam veniſſe dominaturos: nam tunc temporis Ferrariæ incunabula nondum excogitata fuerant, & plura perierunt ſęcula, prius quam Ferrariæ nomen invaleſceret.

pag. 4. Epocha (non Ephoca) erectionis ſtudiorum Ferrarienſis Univerſitatis conſtituitur ſub ann. 1240. ſed quo diplomate? qua authoritate? quonam teſtimonio? quo publico ſtipendio? nullo prorſus. Fortaſſe ex cippo marmoreo P. Pupii, P. Liberti Medici quod Ferrariæ in Eccleſia Cathedrali viſitur? Sed unus tantummodò Medicus, quamvis in arte eximius, & fortaſſe publico ſtipendio conductus ad hanc Civitatem tunc penè impubem, ad hoc valere non poteſt, ut omnium ſcientiarum Univerſitatis ſaltem principium conſtruatur. Ultraquamquod, P. Pupius (ut ex marmoreo ejus cippo docemur) fuerat VI. Vir Auguſtalis; & ſi vere medicam artem Ferrariæ exercuerat (de quo maximè dubito) per multa ante ſæcula floruerat, nec ad annos Chriſti 1240

eſt

eſt referendus. Ex quo deducendum eſt, Borſettum hoc Monumentum ad hiſtoriam Ferrarienſem tantummodò illuſtrandam exhibuiſſe, ut clarè pateret, Ferrariam ante Chriſtum natum, ſcientia, ac bonis artibus non caruiſſe, ſi medicam artem permaximè colebat, ut medicum poſt ejus obitum, hac honoris ſepulchralis memoria celebraret. Ad quod magis comprobandum pag. 5. ſubdit, & in apertum profert aliud marmor votivum Silvano Sancto dicatum, in quo *de Zoſimo Grammatico, de Sergio Menſore, de Petilio Celatore, deque Rufo Muſico* mentio eſt ſatis clara, nec notis contractis (ut mos erat apud Romanos) ſed integris, & completis exſcripta: ex quo, ac etiam ex illo verbo *Canabifero* (rationibus ad argumentum noſtrum non facientibus) mihi, nonnulliſque eximiis antiquariis maxima oritur ſuſpicio.

Ad aſtruendam ſcientiarum exercitationem in dicta Civitate ſubintrat aliud marmor in faſtigio Eccleſiæ Monialium S. Antonii Abbatis elevatum, cujus inſcriptio latè major eſt, quàm quæ exſcribitur: atque ego hic omiſſa ſupplebo. Hujus Inſcriptionis pag. 6. verba ſunt, quæ uſque ab anno *1697.* clariſſimo Muratorio tranſmiſſa fuere per eximium virum Franciſcum Mariam Nigriſolium Medicum Ferrarienſem.

FESTO. LABIRI. PRIMGE. DELIO

Imago Pueruli ſtantis.

Parva ſub hoc titulo Feſti ſunt
Oſſa Labir.
Quem afferens fato condidit
Ipſe Pater.
Qui ſi vixiſſet Domini jam
Nomina ferret.
Hunc caſus putei detulit
Ad cineres.

 Quæ

Quæ carmina nullam pro Ferrarienſi Univerſitate materiam prabent: cujuſmodi eſt aliud epitaphium ſubſequens in eadem pagina *6*.

Cernis ut orba meis hoſpes monumenta locari &c.

Si enim ex hoc Poeticam artem ibi floruiſſe deduci velit, nullum eſt fundamentum; nam & in Vicis, & Pagis, nec non rudioribus in locis per orbem inciſa quandoque carmina apparent, ſed non propter hoc Poeſim ibi in deliciis habitam fuiſſe dicendum eſt: cum notum, compertumque ſit, extra illa loca potuiſſe hujuſmodi carmina exarari: neque ex eo quòd aliquis in paucorum carminum textura alicubi ſe exercuerit, dicendum venit, ibi radicitùs hujuſmodi artem floruiſſe.

pag. 7. 8. Sequuntur paginæ ſeptima, & octava, in quibus encomia Civitatis Ferrariæ ex optimis ſcriptoribus deſumptæ afferuntur. Suntque, Midendorpius, Merula, Albertus, Ferrarius, Baudrandus, Aretinus, Battaglinus, Erythræus, [nempè Rubeus,] Guarinus, Scaligerus, Bleu, Telez, Vizzanius, Bombacius, Ghirardaccius, & Papadopoli. Præter hos omnes, majoris momenti erant faciendi ſubſequentes ſcriptores in celebranda Ferraria: nempe Gaſpar Hens, Franciſcus Patritius, Flavius Blondus, Raphael Volaterranus, Franciſcus Scothus, & alii plures.

Igitur Gaſpar Hens in ſuis Italiæ delitiis, ſeu in ſuo Indice viatorio hæc ait, quæ ad Ferrarienſem Univerſitatem pertinent. *Magna pollet nunc temporis nobilium familiarum opulentia, atque Civium locupletum frequentia; nec non celebris eſt Gymnaſio literario publico diſciplinarum omnium a Friderico II. Imp. Bononienſium in contumeliam inſtituto.* Franciſcus Patricius in Diſcuſs. Peripat. Tom. 2. ad Antonium Montecatinum Philoſ. *Cui enim meliùs labores meos dicarem, quàm ei viro, qui Sapientiæ Gymnaſium hoc Ferrarienſe, tota Italia, atque orbe celeberrimum, prudentia ſua moderatur?* Idem a Franciſco Schotto in Itinerario Italiæ reperitur. Idem a Raphaele Volaterrano, & a Blondo, quos referre piget.

Debuerat igitur Borſettus hæc omni exceptione majora teſtimonia ſuperaddere; & pro omiſſis, ac omnino præteritis habere tot Poetarum carmina, quibus vel nulla, vel modica eſt fides adhibenda. Scimus enim ad hiſtoricam veritatem aſtruendam, ubi alia abundent teſtimonia, nihil habere authoritatis poetica figmenta, quæ ad ſummùm veriſimilia, nunquam tamen vera reputanda ſunt. Meminiſſe debuerat Author noſter carmi-

num

Digitized by Google

num ad Guarinum noſtrum conſcriptorum ſub fol. 37. nomine Civitatis Veronenſis, quæ potius contumeliæ naturam habent, quàm laudis, de quibus ſuo loco aliquid dicendum remanet.

Incertum eſt, & nullius roboris fundamentum id quod aſſeritur de translatione Univerſitatis Bononienſis Ferrariam. F. Leander prior fuit qui hujus rei mentionem fecerit. Quotquot alii hoc idem ſcribant, a Leandro id deſumere videntur; nec ullus fixam, & inconcuſſam epocham anni ſtatuit: totum ex conjecturis reſultat ambiguis, nullaque de hac translatione certitudo habetur, quia vel nullius roboris fuit, vel momentanea tum Neapolim, tum Patavium, quo non obſtante, ſemper Bononiæ floruit ſtudiorum Univerſitas, nulla media interruptione, quamvis Imperator toties hoc ultionis genus meditaretur. Vel ſi aliquando in caſu fuit, tunc deſiit eſſe quando Univerſitas Bononienſibus reſtituta fuit. Ad ſummum dici poſſet, Bononienſem Academiam hac illac vagaſſe, ſed poſtmodùm ad priora limina remeaſſe tunc cum Friderici animus a vindicta receſſit. Nullum certe hujus translationis extat firmum documentum, nullum diploma, nullum privilegium; nec in Patavina, nec in Napolitana Civitate, nec apud Ferrarienſes. Ignis (proh dolor!) Ignis tabularia hæc tria in tribus ſpectatiſſimis Civitatibus, eodem tempore doloſè conſumpſit, ne hujuſmodi ultrix memoria apud Poſteros remaneret. Hujuſmodi refugio gaudent qui falſa pro veris aſtruere conantur: ignis voracitatem ream faciunt, qui ſit omninò omnia depaſtus, quemadmodum Bononienſes, qui aſſertum Theodoſianum Privilegium pro erectione Studiorum in illa præclara Urbe (cum illud oſtendere nequeant niſi de recenti in Templo D. Dominici exculptum) ab igne infeliciter conſumptum collacrymantur. pag. 9.

Sed neque per hoc Ferrarienſibus infenſus ſum. Sit epocha Borſettana, proût illi lubet, ſit ſub anno 1241. ſed quid inde? Afferat antiquiſſima Ferrariæ Statuta in Bibliotheca Eſtenſi ſervata, quæ aliquod ſtudiorum ſpecimen in hac Urbe demonſtrent: ergo Gymnaſii publici, & univerſalis per hoc ſufficiens perhibetur ratio? minimè gentium: ad ſummum aliquem literarum ſtudiorumque cultum in hac Civitate demonſtrare valent per conductos Magiſtros in Grammatica, & Dialectica, ſeu ſcientia Juris, & Medicinæ, non vero Studiorum Academiam, ſeu Univerſitatem Imperatorio nomine decoratam, de qua in iiſdem Statutis mentio erat facienda. Hoc potius municipali induſtriæ tribuen-

tribuendum erat, ne cives otio torperent, atque; ut hoc pacto adoleſcentes cives Patriam non deſerendo, literis, ſtudiiſque potioribus commodè vacarent, magiſtroſque nanciſcerentur, a quibus utiliores, ac præſtantiores diſciplinas percipere valerent: alioquin ſi privilegio Imperiali munita fuiſſet hæc Magiſtrorum, diſcipulorumque coacervatio, ad cæteras Univerſitates præclaras, Patavinam nempe, & Bononienſem, Ferrarienſes non confugiſſent, quorum non exiguum numerum illa ætate affluentium notant utriuſque Univerſitatis Scriptores. Si ſtatuta enunciata verè epocham 1264. in fronte perhibent, & ab Opizzone V. condita ſint, non aliud dicendum puto; niſi quod Collegium aliquod Profeſſorum inſtitutum fuerit Ferrariæ in illa ætate, ad hoc ut uniformi ſtylo procederent in agendo. Verba ipſamet ſtatutorum hoc clarè demonſtrant ad rubr. 114. ubi habetur: *& hoc locum habeat in illis medicis, qui nunc ſunt de Collegio Medicorum, & per ipſorum Collegium fuerint approbati.*

Ex quo evidenter dignoſcitur Authorem noſtræ Hiſtoriæ nullum diſcrimen inter Collegium, & Univerſitatem poſuiſſe; & tamen ſatis ampla intereſt diſparitas. Nam Collegium, & jus collegialitatis penes paucos reſidere poteſt, & quidem privatos, qui in unum colligere valent quotquot in tali, & tali facultate adſcripti ſunt, & unum corpus locale efformare ſub certa lege ab iiſdem obſervanda. Univerſitas verò, & Studium generale, non niſi a magno Principe fundari poteſt, qui privilegiis, gratiis, & immunitatibus tales Univerſitates munire, & cumulare poſſit; ad hoc, ut illecti ſcholares exteri, ad locum Univerſitatis confluant, ſtudiiſque operam navando, ſub moderatione lectorum eminentium ad hoc conductorum hujuſmodi privilegiis perfrui valeant. Ita videmus Univerſitates per Imperatores, & Summos Pontifices erectas magni nominis honore fulgere, & ſcholarium frequentia ſtipati; Collegia verò ſemper in eodem circulo perſeverantia, limites ſatis brevi circumferentia reſtrictos habere, & tantummodò a municipibus (excluſis extraneis) efformari. Hinc eſt, quod in tota Italia raræ habentur veræ, & legitimæ Univerſitates: ſecus verò non pauca Collegia; cum vix ulla ſit Civitas boni regiminis, quæ pro ſuis incolis Collegium aliquod, ſive Juriſtarum, ſive Medicorum, ſive Theologorum, ſive demum Procuratorum, & Notariorum apertum non habeat.
pag. 10. Ecce igitur quomodo ex allatis ſtatutorum antiquorum verbis
11. ſub fol. 11. & 12. nihil de Ferrarienſi Univerſitate certum appareat,

pareat,

pareat, ſed tantummodò de Collegiis Medicorum, & de Scientia legum ab annis uſque 1241.

Multo minus comprobatur aſſertio circa Univerſitatem; ex eo quia ſub Azzone Principe de anno 1292. nonnulli Doctores floruerint in ſacrorum Canonum ſcientia, per quos pronunciata fuit ſententia illa in cauſa Patriarchatus, de qua ſermo habetur ad paginam 12. 13. ſub anno 1295. nam Judices, & *pag.* 12.
Canoniſtæ per ſe ipſos Univerſitatem ſcientiarum conſtituere non 13.
valent.

Sed inſurgit majus argumentum ad comprobandam hanc Ferrarienſem Univerſitatem, dum dicitur, uſque de anno 1297. celebratum fuiſſe Inſtrumentum inter F. F. Ord. Prædicatorum, & Commune Ferrariæ, in quo de Scholis publicis, uſque ad id tempus in Conventu eorundem Fratrum exiſtentibus mentio habetur: ubi apparet pro Commune Ferrariæ a F. F. Dominicanis conductas fuiſse hujuſmodi ſcholas ad uſum lectorum Artiſtarum deſtinatas. Hęc anni 1297. epoca illa eadem eſt, in qua S. Inquiſitionis tribunal Ferrariæ apud eoſdem Cenobytas apertum fuit, ut habemus ex Guarino fol. 88., qua de cauſa ædes ſcholarum publicarum pro reſidentia ſacrorum Quæſitorum, illorumque offitio poſtulatæ fuerunt. Hujuſmodi poſtulatio, & translatio potius pro deſtructione, quàm pro ſcholarum conſtructione timenda eſt; nam de loco, in quo iterum apertæ fuerint non tam proxima, & ſollicita apparet memoria. Ultraquamquod hujuſmodi ſcholæ errantes, & vagæ ſuſpicionem movent, non tam fixas habuiſſe radices; prout Univerſitatem decebat. Quæcumque culta Civitas, immò quodcumque Oppidum, & viliores Pagi Scholarum habent ornamenta, & ſubſidia ad erudiendos incolas: ſed non per hoc hujuſmodi ſcholæ pro Univerſitatibus habendæ ſunt: & quamvis publicæ quandoque nuncupentur, intelligendum eſt, publicas eſſe pro ditione illa, in qua ſitæ ſunt, adeo ut cuicumque Incolæ petenti proſtent apertæ.

Subſequitur ſatis ampla intercapedo, & lacuna per totam pa- *pag.* 14.
ginam 14., & mediam 15. circa acta hujus aſſertæ Univerſita- 15.
tis; & interim expulſio narratur Catalauniorum a Civitate Ferrariæ, ex relatione Gaſparis Sardii: quæ omittenda erat, cum ad rem inſtitutam non faciat; ut hoc pacto ad rem ſcholaſticam citius deveniretur.

Subinde primò ſe offert mentio Collegiorum, & Artium pro oblatione facienda ad Eccleſiam D. Dominici quolibet anno; prout

ex

Digitized by Google

pag. 15. ex allato decreto. Sed in relatione hujuſmodi Collegiorum, nulla
eſt Univerſitatis recordatio: quinimmò magis ac magis vileſcunt
enumerata Collegia, dum una cum vilioribus artibus in medium
feruntur; Neſcio quid mercenarii ſapit iſta permixtio, in qua Im-
perialis majeſtas Univerſitatis peſſimo odore fędatur *Sartorum. Zip-
ponariorum. Tabernariorum. Calegariorum. Fabrorum. Muratorum.
Macellatorum. Caxarolorum. Piſcatorum. Sprocanorum. Praconum.
Brentatorum. Barbitonſorum; & Fornariorum.*

pag. 16. Recenſitâ Marchionum Eſtenſium Chronologiâ, & Thomæ de
Terdona Judicis Sapientum furiali cæde deſcripta, quæ ad rem
noſtram non pertinet [licet ſtudioſè de quodam publicorum do-
cumentorum incendio, veluti incidenter ſermo interſeratur, ad hoc
fortaſſe, ut in illo Acta Univerſitatis conſumpta credantur] tan-
pag. 18. dem ad Pontificium verum, & legale diploma Bonifacii PP.
IX. pro Ferrarienſi Univerſitate devenitur.

pag. 17. Prius verò ad paginam 17. magnum proponitur certamen in-
ter Volaterranum, & Midendorpium circa tempus, in quo exi-
mius Juriſperitus Bartholomæus de Saliceto ad hanc Univerſita-
tem regendam fuerit accerſitus. Totum hoc jurgium evitari po-
terat (diſcrepantia enim inter Authores res nova non eſt) cum
tertium, viciniorem que ſcriptorem habere poſſemus, qui res
complanare valeret. Adeamus Guidum Panzirolium in ejus libro
de claris legum Interpretibus. Hujus primarii ſcriptoris verba re-
ferenda erant, ex quibus error Volaterrani, & Midendorpj
convincebatur. Inquit enim l. 2. c. 78. *Sed non multo poſt,
ob funeſtas Guelphorum, Gibellinorumque factiones, rurſus Patria
ejectus* (Salicetus) *Ferrariam ſeceſſit, & ubi in Alberti Aceſtini
familiaritatem inſinuatus, Principi literarum ſtudioſo perſuaſit, ut
Academiam publicam inſtitueret*. Ergo nulla prius Academia, nul-
la Studiorum Univerſitas tunc vigebat, & ſpes, & ratio ſtudio-
rum non erat in Cęſare tantum. *Id cum ex Bonifacii IX. di-
plomate, anno 1391. obtentum eſſet, ipſe primus Ferrariæ Jus Ci-
vile profiteri cœpit, atque ejus Civitatis etiam jura municipalia
condidit*. Ecce Salicetus ante annum 1391. Ferrariæ degens apud
Marchiones Eſtenſes: Ecce conſilium, & perſuaſio de inſtituen-
do publico Studio, & ecce tandem municipalia Statuta Ferrarię
condita per Salicetum, ante eundem annum. Ex quibus omni-
bus dicendum venit per hunc in Juris prudentia tanti nominis
Virum, prima Univerſitatis ſemina jacta Ferrariæ fuiſſe, abſque
tamen ulla Univerſitatis ſpecie, ſed tantum id inſtar Colegii, &
Convi-

Convictus; ut aliquo pacto ſcientiarum notitia, & diſciplina initiaretur. Quæ omnia ſucceſſivè amplificationem maximam ſuſcepere per Pontificium Bonifacii IX. diploma ab Alberto Marchione impetratum occaſione Jubilæi, pro quo impetrando ad Urbem, peregrinantium more, contendit.

Ab hoc anno igitur MCCCXCI. epocha rationabilis, firma, & indubitata deſumenda eſt Univerſitatis Ferrarienſis a Pontificia authoritate inſtitutæ. Manifeſtatur, comprobaturque hoc ex genuino diplomate relato, quod in Ferrarienſi Archivo cuſtoditur, & ex Nummiſmate Alberti Marchionis exemplato. *pag.* 18.
Qua data opportunitate, ſculpi poterat in hoc loco integrè *pag.* 21.
ejuſdem Marchionis Imago, quæ in fronte Cathedralis Eccleſiæ Ferrariæ proſtat, unà cum Bonifaciano diplomate per extenſum, in marmore inciſo, (quod verò non ad Studium, ſed ad Emphyteuſes pertinet) & uſque ab antiquo, literis auro diſtinctis. Hujus Statuæ cucullatæ, & ad modum Romipetæ, exemplum ego afferam; ut cunctis pateat, & ruditatis illius ſæculi ſpeciem aliquam ex hoc teſtimonio, magis quàm a Nummiſmate allato, omnes deſumere valeant.

STATUA MARMOREA.
ALBERTI ESTENSIS.
MARCHIONIS FERRARIÆ.
PROUT IN FRONTE
CATHEDRALIS ECCLESIÆ.
USQUE AB ANNO
MCCCXCI.
PERHIBETUR.

Digitized by Google



Cæteroquin in Apoſtolica Conſtitutione, nulla mentio eſt de Academiæ reſtauratione, ſicuti neque de authoritate Imperiali, qua priùs fulcitam eamdem Univerſitatem credere conamur, quod certè eidem valdè proficuum fuiſſet. Silentium hoc in re tam gravi, ſtudioſè tribuitur per Borſettum Pontificiæ indignationi, eò quia Fridericus Imperator per plures annos Eccle-
ſiam

Digitized by Google

ſiam vexaverat: quod ſi veritati inniteretur hæc aſſertio, non minus injurioſa eſſet continua, & percrebra vox, qua buccinam ſonant cum Authore noſtro tot alii, qui non diſtinguunt æra lupinis, & quanti honoris foret Imperatoria inſtitutio verè, & fundamentaliter probata hujus Univerſitatis, penitus ignorant. Non valet itaque opinio, neque conjectura hujus magnificentiæ: immò injurioſum eſſet; ſi nos loqui velimus de re, quam ipſum Pontificem ſtudioſè præteriiſſe ſuſpicamur.

Hoc pacto fixa radice hujus Univerſitatis per Bonifacianum diploma ſub anno 1391. ea, quæ ſucceſſivè perpendenda remanent in Borſettana Hiſtoria faciliùs approbabimus; cum non niſi quæ vel de facto fuerunt, vel ſunt, ſit ille adnotaturus. Et ſic de admiſſione priorum Lectorum: de tranſlatione ſcholarum ad ædes Franciſcanas, & Dominicanas: de affluentia Scholarium, & Doctorum ad hoc Gymnaſium, omnia in probatis habebimus, laudabimuſque. Nonnihil tamen dubito claudicare poſſe narrationem de Oratorio SS. Cruci dicato; dum dicitur, quod antiquitus ad uſum ſcholæ inſerviret, tamquam pro ſupplemento ad ædes contiguas Sacrorum Quæſitorum. Certè in hoc loco non antiquiſſima ſedes fuit Confraternitatis illius, nam alibi, ab antiquiſſima origine, munera ſacra adimplevit, donec intercedentibus ſacris Quæſitoribus, publica via, quæ ab Oſtio majori antiquæ Eccleſiæ S. Dominici exordium ſumebat, & ad viam publicam, Stabulorum nuncupatam, procedebat, interclauſa fuerit, & ad hoc caput, in Oratorium hoc transformata: juxta allegata per Antonium Perinatum MS. Hiſt. Ferrariæ ſub anno 1427. *pag.* 22.

Exhibetur modo Sigillum Univerſitatis Juriſtarum a Baruffaldo præſtitum. Optimum ſanè, & ſincerum monumentum: ſed de tempore, quo hæc Univerſitas hujuſmodi ſigillo uteretur, nihil prorſus proponitur: & tamen ex tribus ſtemmatibus in eo ſculptis aliquid interpretandum veniebat, & ſpecialiter ab illo ad ſiniſtram Eſtenſis ſtemmatis collocato, in quo Gryphi ala, & pes demonſtratur, & Scholarium Juriſtarum Prioris inſignia perhibentur. Optimi & diligentis ſcriptoris munus erat perquirere cujuſnam gentis ſignum hoc eſſet: ſimile enim illi ſtemma publicè proſtat in marmorea projectura domus cujuſdam ad feneſtram, in via S. Gregorii, in qua degit Dominicus Franciſcus Naſellius Notarius. Hoc erat inquirendum, & ſciſcitandum ab incola, & domino ejuſdem domus, & ita de tempore, & no- *pag.* 24.

mine ejuſdem Prioris, ſeu Rectoris Scholarium Univerſitatis Juriſtarum notio indubitata percipi poterat, ut magis, ac magis hiſtoria veritati inniteretur.

pag. 25. Nullum dubium, Collegia enumerata antiquiſſimæ originis eſſe, & erectionem, immò omnem cogitationem de fundanda Univerſitate antecedere: & fuit hæc prima fundamenta, quibus comprobatur, ſtudiorum ſemina viguiſſe Ferrariæ. In Statutis Collegiorum enunciatorum unicè deſideratur mentio libri *Statutorum miſericordiæ*, Collegio Notariorum de anno 1533. ab Hercule Duce II. traditi, ad expenſas graves, & intolerabiles evitandas in conſtruendis Proceſſibus, pro cauſis tam Civilibus, quàm Criminalibus, Pauperum. Codex horum Statutorum depoſitus fuit in Archivo Collegii Notariorum, tamquam pro lege obſervanda; eſtque chartaceus. Modo verò, ſi non idem Codex, ſaltem alter a multis annis tranſcriptus, in Archivo ſecreto Vaticano ſervatur, ab hinc anno 1711.

pag. 28. Aſt quænam hæc in ſcientiarum omnium Univerſitate penuria Grammatices? In pag. 28. adnotatur ſupplex libellus Franciſci de Campania, qui enixè poſtulat facultatem, & locum docendi Grammaticam. Auditur, & approbatur per totum Magiſtratum; daturque illi facultas ſe, & familiam ſuam conducendi, habendique domum pro ſcholis, & habitatione familiæ ſuæ. Hæc admiſſio pro bono nomine Ferrarienſis Univerſitatis erat omittenda; nam inter ſcientias, quæ in Univerſitatibus ſolent ex Cathedra conclamari, enumeranturque ab eodemmet Borſetto in calce paginæ 23. Grammatica locum non habet. Pædagogos ſuos habet hæc ſcientia, ferulas, & ſcuticas, non verò demonſtrationes magiſtrales, & diſputationes ſubſtantiales e ſuggeſtu. Itaque deſtituta Ferraria hujuſmodi magiſtro, opus erat, ut poſtulanti aures præberet, ac ædes pararet longè a publico Gymnaſio diſſitas, ne diſſonus puerorum clamor, & ſtridor minervam Profeſſorum ex Cathedra proclamantium interturbaret: quare documentum hoc, utpote ad Univerſitatem nihil attinens, meliori conſilio præteriri poterat.

pag. 29. Non pari paſſu expungendam judico admiſſionem Joannis de Finottis, cujus ſupplicatio exponitur; nam hic verè erat Doctor, & Bononiæ profeſſor cathedraticus, qui Gymnaſio Ferrarienſi maximè prodeſſe poterat: atque ideò ſi acceptatus fuit cum tota ſui comitiva, Patres conſcripti optime ſe geſſerunt. De Finotto teſtimonium ſatis laudabile habetur in Alidoſio.

Inſu-

Inſuper de Petri II. Bojardi Ferrarien. Epiſcopi depoſitione nihil dubitandum. Acta Concilii Ferrarienſis illum adnotant ſub hoc nomine: *Petrus olim Ferrarienſis*. Nihil de cauſa depoſitionis notat Libanorius: ſed Annales Ferrarienſes Minoritani illum crimine læſæ majeſtatis damnant. Fuerat enim ipſe Petrus unus ex fautoribus Azonis Eſtenſis, Aldobrandini filii, contra Nicolaum ex Alberto Marchione natum, verum, & legitimum ſucceſſorem in dominio Ferrarienſi. Propterea Petrus ob hoc facinus, ſatis ſuperque probatum, depoſitus fuit, ſed non per hoc exauguratus. pag. 30.

Guarinus Veronenſis, Orator præclariſſimus, conductus fuit anno 1436. ad habendas lectiones in hoc Gymnaſio per quinquennium, quod prorogatum etiam fuit anno 1441. ad aliud quinquennium. Ita Borſettus. Hoc unum ſuperaddendum erat, ex hoc documento, omnes illos (nec quidem paucos numero) erroris convinci poſſe, qui liberè, & conſtanter aſſerunt, Guarinum a Summo Pontifice Eugenio IV. Ferrariam advocatum fuiſſe, occaſione Concilii Generalis in hac Civitate coacti anno 1438. utpotè qui cum Græcas literas apprime calleret, poſſet hoc idiomate Græcos Patres alloqui, & interpretari. Concilium coactum fuit, ut diximus, anno 1438., & Guarinus fuerat jam ad Ferrarienſem Cathedram conductus anno 1436. pag. 31.

Quod inſuper Veronenſes meditati fuerint revocare in Patriam Guarinum, facilè credendum eſt; nemo enim, ut alios ditet, ſe ipſum pauperem facere ſtudet: ſed non opus erat, immò inutile, & fruſtraneum, integram illam Elegiam Veronenſium tranſcribere, qua revocabatur: nam Ferrarienſibus per maximè contumelioſa eſt, præcipuè ubi dicit de Ferraria.

Quæ ſolita eſt Ranas dumtaxat habere loquaces &c. pag. 33.

Cui contumeliæ per carmen magis contumelioſum reſpondet Guarinus hoc pacto: pag. 35.

Deſine jam putridas lymphas, Ranarque loquacem
Objicere; aut civis quas emit aſſis aquas &c.

Nil pejus de Ferraria ſcripſiſſent infenſiſſimi illius hoſtes; ac ſi unica eſſet hæc Civitas, in qua Ranarum ſtridor audiretur, vel pro plaga Ægyptiaca habenda foret hæc Ranarum frequentia. Borſetto parcendum judicarem, ſi hujuſmodi teſtimonia typis evulgata, & publici juris facta jam fuiſſent, atque ideò non ita facile latere poſſent; prout eſt ſimile injurioſum carmen Petri Antonii Maffei Societatis Jeſu; qui in Epiſtola Ferrariâ Bononiam ſcri-

Digitized by Google

ſcripta ad P. Aimum Madium hæc ait pag. 131.

Dic, Ferri, quæ nomen habet, me vivere in Urbe:
Hic ubi ranifico ſemine bullit humus.

Sed carmina Veronenſium manuſcripta in antiquo Codice latebant, nec oculis omnium patere datum erat, niſi Borſetti ſolicitudo illa è tenebris hauſiſſet; eò maximè quia Author idem centena encomia pro eadem Civitate ſub pag. 6. ſuorum carminum de Cęli ſalubritate prædicaverat. Expediebat igitur illa omittere potius, quàm ternas paginas ignobili hac Elegia conſpurcare.

pag. 36. Brevitatis ſtudioſus Borſettus, pauca dicere inſtituit de Concilio œcumenico Ferrariæ habito anno 1438. ſed quatuor, & ultra paginas implendo totam deſcribit hiſtoriam, quæ a tot Authoribus enarratur, & ab iis præcipuè, quorum munus eſt Conciliaria Acta deſcribere, & quorum plures enumerantur in calce paginarum 36. 37. 38. 39. Addere poterat inſuper Imagines ſculptas, quæ ab Horatio Juſtiniano referuntur, quęque propoſitæ brevitati nihil, vel parum nocebant; ut citius ad Nicolai Eſtenſis obitum ſe conferret.

pag. 40. 41. Sed inutiliora ſequuntur, & ſunt vigintiduo (o res ſtupenda!) vigintiduo epitaphia in obitu Nicolai Marchionis Eſtenſis, per varios Poetas, ut plurimùm ignoti nominis, conſcripta. Hæc implent paginas totas 41. 42. 43. 44. 45. & 46. Excipienda tantum veniunt, quæ per celebrem Titum Strozzam, & Guarinum, dictata fuere: cæteroquin alia ſingula erant ſilentio prætereunda, utpotè ſuperflua, nihil novi relevantia, & ſtylum penè barbarum redolentia.

Subdendum verò erat ad pag. 40. Statuam equeſtrem Nicolai March. Eſtenſis, fuiſſe utique publico decreto deſignatam, ſed non prope Palatium communis collocandam. Prior erectionis locus fuerat in medio majoris Platee: deinde, non multos poſt annos, translata fuit una cum illa Duci Borſio dicata, ad locum, in quo uſque ad præſens tempus conſpicitur è regione proſpectus Eccleſiæ Cathedralis.

pag. 47. 48. Magis, ac magis patet ex Conſilio habito per Reformatores (melius Moderatores) Studii, uſque ad annum 1442. hanc Ferrarienſem Univerſitatem, umbram potius Studiorum prætuliſſe; nondum enim generale Studium dicebatur, prout patet ex allatis verbis ipſiuſmet decreti. Firmatis poſtmodum illo anno Moderatoribus, eliminatis Pędagogis, ac falſis Grammaticis; nec

non

Digitized by Google

non aſſignata dote pro Lectorum, & Profeſſorum ſtipendio: tunc verè Studium Ferrarienſe Univerſitatis generalis nomen condignè aſſumpſit, & Scholarium affluentia cępit amplificari.

Ad hanc Studiorum materiam non pertinet mentio tam diffuſa felicis dormitionis B. Joannis de Tauſiniano Ferrariæ Epiſcopi: atque eò magis voluptuoſa hæc narratio apparet; quia in documento allato ejus obitus, in libro memoriali deſcripto, nulla Studiorum Ferrarienſium memoria recenſetur. *pag.* 52.

Similiter, narrato Marchionis Leonelli obitu, qui quidem condignè deſcribitur, carmina illa Italica ejuſdem Marchionis ſub ſilentio prætereunda erant; tum quia alibi a Collectore Poetarum Ferrarienſium referuntur; tum quia ad res Univerſitatis Studiorum non pertinent. *pag.* 54.

Dum fit enumeratio Lectorum Juriſtarum, & Artiſtarum ex antiquo informi Rotulo anni 1450. unà cum adnotatione ſalarii iiſdem aſſignati, poterat aliquid ſingulare juxta famam talium Lectorum ſuperaddi. Et præcipuè tunc, cum mentio fit Joannis Fratris Ord. Min., qui eſt nonus in ordine Artiſtarum, dici poterat, hunc eundem fuiſſe ex nobili familia de Canalibus, ac ſua manu Librum Annalium Ferrarienſium exaratum in Bibliotheca Eſtenſi ſervari, quorum apud plures antiquos Scriptores mentio eſt; cujus libri titulus hujuſmodi inſcribitur: *D. Borſio Duci Illuſtriſſimo. Joannis Ferrarienſis Ord. Min. Theologi clariſſimi Annales libri Illuſt. Familiæ Marchionum Eſtenſium.* *pag.* 56.

Proſequitur illibata narratio rerum ſcitu utilium uſque ad annum 1453. tunc cum S. Catharina de Vigris, Joannis Ferrarienſis filia, Bononiæ obdormivit in Domino die 9. Menſis Martii. Quidquid ſequitur, omitti poterat, tamquam ad Univerſitatem Ferrarienſem nihil attinens, cui non auget decus hujuſmodi narratio e Codice Bononien. deſumpta. *pag.* 60.

Ad annum 1465. majori verborum apparatu deſcribi debuerat translatio Ludovici Carbonis de Ferrarienſi ad Bononienſem Cathedram; ut ibi Rethoricis, & Poeticis lectionibus operam daret. Hoc enim inditium fuerat magnæ tanti Viri inſignitatis. *pag.* 62.

Quoad Statuta antiquiſſima Collegii Theologorum ſub anno 1467. (non 1647.) F. Cæſarion ille (non Cæſarius) fuit maximæ authoritatis Vir: publici enim carceris in Juris Palatio pius ædificator dicitur a Guarino pag. 45.

Subſequuntur Statuta Juriſtarum, quorum, ſicut & Theologorum, non ſummarium, ſeu rubricam, ſed per extenſum me- *pag.* 70.

lius

lius erat verba facere: cum enim non omnibus pateant, ſed ut plurimum in pluteis Priorum eorundem Collegiorum repoſita delitefcant, in hoc loco publici juris deveniebant; & Hiſtoria Gymnaſtica magis, magiſque roborabatur, ſi totus eorundem Statutorum textus, ſaltem in calce Operis, integer recenſebatur.

pag. 77. Poſt doctoralem lauream Columbino Columbo per Fridericum III. Imperatorem collatam anno 1469. ſuperaddi debuerat alia hujuſmodi collatio facta Ferrariæ ab eodem Imperatore anno 1483. favore celebris Antonii Tebaldei Poetæ Ferrarien. a Cæſare Torto Aſculano in ſuis carminibus Italicis adnotata fol. 89.

pag. 78. Optimè ſe gerit Borſettus in Ducis Borſii obitu, ſepultura, & epitaphiis deſcribendis: hoc tamen ad tanti Principis laudem ſufficere debuerat, abſque eo quòd integra pagina impleretur Guarini Senioris carminibus, a quibus Gymnaſii hiſtoria nihil novitatis lucratur.

pag. 80. Ratio hiſtoriæ poſtulat, ut a primordiis ſuis res, & documenta ad recentiora tempora procedant, deſcendantque: ſed Author noſter retrocedens ab anno 1473. ad 673. more cancrorum retrogrado, antiqua documenta reſumens, vetuſtiſſimos, incertoſque narrat eventus, majori indagine dignos, aſſerens polygraphiam antiquæ Civitatis Ferrariæ ex Mario Equicola deſumptam, quæ omnia lectori moleſta minime futura cenſet, ſed cum ad Ferrarienſe Studium nihil pertineant, prorſus inutilia ſunt judicanda.

pag. 81. Sed quoniam Niventi pag. 81. mentio fit, ſaltem Author noſter hoc ſuperaddere debuerat, quod Cinthius Gyraldus in una ſuarum Sylvarum ſuaviſſime cecinit:

Debes Principibus tuis, Niventum,
Eſtenſis tibi quos dedit propago:
Quod quondam tu humili jacens palude
Parvi nominis, & minoris ortus,
Ipſorum ſtudio, ac perenne cura
Efferſ hoc mage nunc caput ſuperbum,
Claras Auſonii ſoli inter Urbes,
Vilis quo magis, ac magis fuiſti &c.

Hoc unum ſatis erat ad Ferrariæ primordia, & incrementa ſignificanda.

Verùm non omninò vacua, & inutilis authumari poteſt tota, & ampla hæc de origine Urbis Ferrariæ narratio: dum ab illa expe-

expeditus Author, ad tranſactionem, ſeu commutationem, ſive conventionem immediatè, & ſubſequenter progreditur inter Ducem Herculem, & Commune Ferrariæ ſuper facto publici Studii: nihilominùs paucis verbis expediri poterat hujuſmodi philacteria, & hoc pacto ad ea, quæ ſtudiorum Univerſitati conferebant, citius, & abſque lectorum animi alienatione ad punctum deveniri, reſumendo antiquiorem Rotulum lectorum, vernacula lingua conſcriptum.

Adnotanda erat hoc loco, nempè in rubrica hujus memorialis, vox illa *Almo*, quæ cum uſque ab anno 1474. huic Studio adjuncta reperiatur, præſcriptionem habet ſatis latam, & quaſi immemorabilem annorum uſque nunc penè tercentorum, atque ideò non ita facile impugnanda venit ab iis, qui malè ſentiunt de hujuſmodi inſcriptione. pag. 93.

Vox illa *Rotulus*, ſeu *Rotulum*, quæ frequens eſt in hac hiſtoria, ſignificat Cathalogum Lectorum, & Profeſſorum Univerſitatis; quia antiquitus ſingulis Lectoribus in exordio Studiorum, dabatur quædam Charta involuta, non verò plicata (& volumen propriè ſignificabat) in qua deſcripta reperiebantur nomina lectorum, materia legenda illo anno, & dies præſcripti ad legendum in totius anni decurſu, ut ita prẹſto eſſent, & parati ad eorum munus adimplendum, prout Univerſitatis Moderatores in Rotulo monebant, ſtatuebantque.

Locus erat hìc ſermonem faciendi, ſaltem obiter, de Bidellis, ſeu (ut latinius loquamur) de Servis Univerſitatis. Borſettus in tota Hiſtoria ſua vel nihil, vel parum de iiſdem, hac illac interſerit incidenter, ſed non quantum operis menſura, & intentio requirit. Hìc igitur de hocce Miniſtro nonnulla ſuperaddam. Bidellus eſt famulus Univerſitatis, ad quem ſpectat prẹvidere, & providere quæcumque in Scholis ad Magiſtros, & Profeſſores, ſive Scholares pertineat, ad hoc ut ſingula, quæ in Scholis agenda ſunt, rectè, & tempeſtivè ſuccedant. A Magiſtratu Univerſitatis, vel a Scholaribus, vel a Profeſſoribus, juxtà morem, & conſuetudinem Regionum, eligitur: ſemper verò Magiſtratu approbante, ſtatuto illi ſalario, ſeu honorario, ſive tandem ſtrenis munificis per anni tempora juxtà publicas functiones ſcholaſticas, & ſecundùm conſuetudinem Regionum; hæque Propinæ appellantur. Veſte ſcholaſtica, ad inſtar brevis togæ violaceæ, utitur in publicis Studiorum conventibus, in quibus ſemper cunctos præcedit; Baculo honorario argenteo, pro ſigno Univer-

 ſitatis,

ſitatis, ad lævam onuſtus. Unaquæque Univerſitas, ſive unumquodque Collegium, vel Theologorum ſit, vel Juriſtarum, vel Artiſtarum, ſuum peculiarem habet Bidellum ab aliis ſejunctum, qui in incedendo præcedit juxtà præcedentiam Collegii, cui inſervit. Curandum eſt, ut corporis habitudine conſpicuus ſit, & omni deformitate carens, ut decorè omnia, quæ ſibi conveniunt, peragat, atque perficiat. Si latinam linguam calleret, optimum ornamentum illi eſſet; nam quandoque invitare debet hoc ſermone Lectores, & Scholares ad propria munia peragenda: ubi ſi barbarè, & incomptè verba promeret, riſum fortaſſe in ſuo munere movendo, majeſtatem operis perturbaret. Quamvìs ſervile ſit ejus miniſterium, attamen officiosè tractandus eſt: in ejus enim ore ſtat omne verbum circa frequentiam, ſedulitatemque Profeſſorum, & Scholarium. Ipſe verò omnibus obſequentem ſe præbere debet. Demum promptus, ſolers, officioſus, tempeſtivus in omnibus, & per omnia eſſe ſtudeat, prout decet eſſe illum, penes quem tota Studiorum ratio poſita eſt. De origine hujus nominis *Bidello* plura afferunt Octavius Ferrarius, & Ægidius Menagius in lib. *Orig. ling. Ital.* quos referre piget. Nemo enim illorum rectè divinatur.

LIBRI PRIMI

FINIS.

AD

Digitized by Google



AD LIBRUM SECUNDUM
HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII
Supplementum, & Animadverſiones.

Celebris diſputatio de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione, utique Libri ſecundi exordium illuſtrat, ſed Univerſitati Ferrarienſi nihil prodeſt. De facto in Palatio Ducali agitata fuit inter Theologos Thomiſticæ, & Scotiſticæ ſententiæ, qui octingenti circiter, numero, ceu claſſico acciti, ab Italiæ Urbibus Ferrariam, tamquam ad diſputationis arenam, convolarunt, noſtris Doctoribus, ſeu Lectoribus ſpectantibus tantùm, & audientibus unica vice Vincentium Bandellum, ex gratia, in Scholis publici lycei conclamantem. *pag.* 97.

Adhuc in ancipiti lis eſt, an pro honore habenda fuerit aſſociatio facta a Doctoribus utriuſque Collegii, Juriſtarum nempè, & Medicorum, cadaveri Marchionis Nicolai Eſtenſis capite obtruncati, tamquam perduellionis rei, die 25. Septembris 1476. *pag.* 98.

Certè martyribus, ac illuſtrioribus Reipub. Viris honor iſte non denegatur: ſed rebellibus, valdè dubitandum.

pag. 100. Eſtenſium Imperium non adeò amplum erat tunc, quando promulgatum fuit hoc decretum de non confugiendo ad alias Urbes pro laurea doctorali obtinenda, ſive literis operam navando. Amplificatum fuit ſub Alphonſo I. atque iterum ſub aliis Principibus. Igitur tunc temporis, nempe anno 1485. exiguum erat dominium reſpectivè ad hanc præſentem ætatem. Quapropter non ita amplificari debuerat tale Imperium; vel de ſecunda, & tertia amplificatione, quæ ſub hoc argumento non cadit, nihil prorſus erat dicendum.

pag. 102. Statuta Collegii Artium, & Medicinæ Doctorum per Summarium exponuntur; quod minimè conveniens erat in Hiſtoria tam ampla, & ſpecifica unius Univerſitatis, quæ methodus ab Authore non ſervatur in deſcriptione Statutorum Univerſitatis Scholarium in hoc eodem volumine a pag. 364. ad 437. quibus integer liber conficeretur. Sicuti in Conſtitutionibus ejuſdem Studii ad pag. 255. recenſitis ſummarii methodus non adhibetur, quemadmodum & dumtaxat in Statutis Collegii Theologorum, Juriſtarum, & Medicorum, parſimoniæ cauſa, obſervatur: quod ægrè paſſuros lectores fatetur & ipſe Author. Sed excuſatio hæc cum nimium ſtudioſa videatur, (dicit enim, ſe ita facere optimè duxiſſe ob rationem eorundem Statutorum totius Univerſitatis, ne recordatio eorum oblivioni daretur) non attendenda reputatur, eò quia alia etiam Statuta huic damno ſubjici poſſunt. Si melius conſultus fuiſſet Author, in integrum, ſeparatumque Volumen, ſingula hæc Statuta compegiſſet, & ad calcem totius operis pro mantiſſa, legere illa volentibus exhibuiſſet, abſque eo quod lectionem continuatam operis illa turpiter deformaſſet. Solent hanc meliorem methodum ſervare Scriptores rerum hujuſmodi; prout videre eſt in tractatoribus rerum hiſtoricarum hujus ſaltem temporis, quibus ſeriem actorum, & rerum inſigniorum hac diverſa documentorum farragine interſecare non lubet. Solent etiam hujuſmodi ſtylo procedere J. Conſulti qui Summaria, & documenta probantia, ſeorſim reponunt.

pag. 117. 118.119. Ecce iterum novus Proceſſus adamuſſim tranſcriptus, novum integrum nobis referens teſtamentum Ludovici Pacchiarini, favore Univerſitatis Ferrarienſis, cum ſubſtitutionibus, & quibuſcumque clauſulis, juxtà Notariorum ſtylum, appoſitis, ad hoc, ut edoceantur Lectores Collegium Doctorum Juriſtarum Ferrarien. pa-

trona-

Digitized by Google

tronatum habere, & jus præſentandi in Archidiaconatu Eccleſiæ Cathedralis Ferrarię. Tota hęc provincia breviter expediri poterat, ſi referens originem, & fundationem ejuſdem patronatus, Author Lectorem ad calcem totius libri remiſiſſet, ubi integre tota teſtamentaria tabula reſcripta fuiſſet.

Tranſitus celeberrimi F. Ludovici de Valentia a Ferrarienſi ad Patavinum Gymnaſium, non adeò pro Ferrarienſibus honorificum negotium eſt; ut tanto Ducalium literarum apparatu deſcribi promereretur. Hæc eſt argumentatio quędam logicalis, quæ de minori ad majus ſępiſſime habetur: atque hinc probatur prioritas, & excellentia Gymnaſii Patavini ſupra Ferrarienſe. pag.120.

Quod autem in primo ingreſſu ad lecturam Patavinam Ludovicus de Valentia celeberrimam diſputationem Theologicam cum Jo: Pico Mirandulano inſtituerit, hoc in Patavini Gymnaſii decus reſultat: non enim omnes Scriptores contemporanei concordant, hujuſmodi diſputationem habitam fuiſſe Patavii: aliqui enim volunt (inter quos Joannes Petinatus in MS. rerum Ferrarienſium) hoc eveniſſe Ferrariæ in Cęnobio, ſive in Templo S. Marię Angelorum. pag.121.

Remanet expungenda ex hoc loco Epiſtola, ſive Decretum Ducale, pro immunitate Scholarium a Gabellis, & Datiis, eò quia, cum ſtylo barbaro, & lingua vernacula conſcriptum ſit, meliùs in fine libri locum ſuum in colluvie ſimilium rerum obtineret. Quod hìc pro quocumque alio documento in corpore librorum hujus Hiſtorię millies inſerto, dictum ſit, ad hoc ut nuſquam amplius hæc adnotatio ſit repetenda. pag.122.

Supplex libellus Moderatorum pro mercede poſtulata ob labores, quos in lyceo moderando impendebant a Duce Hercule jure ac merito rejectus eſt, ob viliſſimi animi indicium. Hęc recordatio in hoc libro non erat inferenda; nam omnia, licèt vera, non expedit quandocumque narrare: imò prudentis eſt animi, ea ſub ſilentio pręterire. pag.124.

Subſequitur oblatio Cereorum, quę quotannis fiebat Maſſario fabricę Eccleſię Cathedralis in diebus ſolemnioribus: quę oblationes tractu temporis obſoleverunt. Cur verò Borſettus ad hanc aſtruendam veritatem in medium afferat Decretum a Paulo Conſtabili Sapientum Jud. de anno 1454. die 24. Maii editum, penitus ignoro; cum in hocmet decreto, in triginta tres rubricas diſtributo, nuſquam mentio appareat Ferrarienſis Univerſitatis. Quapropter hoc quoque documentum, tamquam inutile, & penitus voluptuoſum, rejiciendum judico. pag.126.

Circa

pag. 132. Circa pretium libræ Marcheſanæ, & ſolidi pariter Marcheſani, non benè divinatur Author noſter. Alia erat libra Marcheſana aurea, alia de auro in aurum, alia demum platealis; ad cujus proportionatam rationem imminuebatur pariter pretium ſolidorum, ex quibus libra componebatur. Libra Marcheſana erat aurea, & ad inſtar medii aurei Veneti hodie vulgati commercii, cujus intrinſecum pretium, ex auri penuria tunc temporis deſumptum, ad quindecim hodiernorum Juliorum valorem aſcendebat. Libra Marcheſana de auro in aurum erat eadem, ſed effectiva, & numerata, atque præſens, cujus valor nunquam in eodem ſtatu permanebat: ſed modò augebatur, modò imminuebatur, juxtà mercatorum, & platearum negotia. Quidquid tamen eſſet inea valoris, vel majoris, vel minoris, erat in contractibus numeranda, ratione libræ effectivæ; non verò aucti, vel imminuti pretii. Demum libra Marcheſana platealis erat argentea, & manualis, ejuſdem quaſi ponderis, ac libra Bononienſis effectiva, ſed aliquid magis, non verò ad trijulium hodiernum Romanum perveniens. Alia ratione etiam dicebatur libra Marcheſana platealis illa, quæ, juxtà valorem diurnum mercatorum, per plateas erogabatur, modò augendo, modò imminuendo illam: non erat verò moneta hæc numerata, ita ut, ſi quis dixiſſet, vendo tibi pannum hunc pro tribus libris platealibus, & non eſſent numeratæ iſtæ libræ, intelligendum erat pretium opinione vel auctum, vel imminutum modo negotiatorio.

Solidi item pari paſſu libræ correſpondebant. Solidis triginta componebatur libra aurea Marcheſana: ſolidis totidem, plus minus, libra Marcheſana numerata, & effectiva, ſeu de auro in aurum: & ſolidis ſex, & ſemis libra platealis. Totum diſcrimen erat in valore ſolidorum, qui non ad obulum hodiernum ſunt referendi. Duplicis naturæ erat ſolidus, communis æneus, & ſolidus idealis, ſeu phantaſticus. Æneus tamquam pro hodierno obuli pretio ſumebatur, ſed ex quinque quadrantibus, adeo ut quintans aſſis unum ſolidum, ſeu nunc obulum, componeret. Solidus verò idealis vario modo ſumebatur. Unaquæque libra ſuum ſolidum habebat; dicebaturque ſolidus libræ Marcheſanæ aureæ, ſolidus libræ de auro in aurum, & ſolidus libræ argenteæ: & iſti ſolidi ad valorem quinque obulorum, ſeu hodierni ſemijulii, vel quinarii aſcendebant. Tota hæc ratio monetarum, & ſpecificè libræ Marcheſanæ, diſputata habetur per Hieronymum Giacharium J. C. Lugien. in ejus Conſilio *in materia Mo-*

neta Marcheſana, *atque Beneplaciti Ducalis*. Nec non plura habentur apud Bernardum Davanzati in ejus diſſertatione *delle Monete*, & apud Gherardum de Naſello MS. *dello Monete Ferrareſi* apud me.

Citiùs expediri poterat narratio Additionis Herculeæ ab Hercule Duce II. conſtructæ, & fabricæ ædis illorum de Guarinis. Membra Elegiæ ad hunc locum reportata cum hiſtorica narratione non concordare quis non videt? Præterquamquod non omni laude digna videtur manifeſtatio rei domeſticæ ſatis anguſtæ apud Virum adeò inſignem, familiæ adeo illuſtris, nec non de optimis ſtudiis optimè meritum; cum paulo poſt de honorario 600. Ducatorum Chriſtophoro de Albericis Ticinenſi aſſignato, ſermo habeatur. *pag.*132.

Super omnes quaſcumque adnotationes in hoc volumine inſertas, verè una digna cedro illa eſt, quæ de Peregrino Priſciano tam disertè, & eloquenter loquitur. Utinam quæcumque alia in hoc libro afferuntur, documenta tanti momenti eſſent, & tam opportunè, & eleganter conſcripta. Servantur Priſciani Opera, pro majori parte, in Eſtenſi Bibliotheca: nonnulla etiam hic Romæ in Bibliotheca olim Sluſiana. *pag.*136.

Unicè referendum erat quintum Capitulorum concordatorum inter commune Civitatis, & Alphonſum Ducem; hoc enim ad Studium pertinet: quamvis pro meliori & Studii, & Ducis honore eſſet reticendum, eò quia, non obſtante nova Ducis ſponſione, minimè ſervatum fuit. *pag.*144.

Concrematio ſcamnorum narrata pro gaudii argumento a Scholaribus, tamquam res vel parvi momenti, vel nullius honoris, & dignitatis, erat omninò omittenda. *pag.*147.

Item tamquam ad Univerſitatem Studiorum pro nihilo pertinentia, reticenda erant bella patrata inter Julium II. Pontificem, & Alphonſum Ferrariæ Ducem. *pag.*148.

Glorioſa utique mentio eſt de magno Cęlio Calcagnino pro Patria Hiſtoria ſcribenda deputato. Aſt Priſciani onus de Ferrarienſi Hiſtoria conſcribenda ubi nam locorum remanſit? Anne hæc provincia a Priſciano deſerta fuit? Nequaquam. Ergo magna orta fuit diffidentia, ne Priſciani monumenta valerent; atque ita hoc idem argumentum Calcagnino aſſignatum fuit. Sed Hiſtoria Calcagnini pari paſſu, ac illa Priſciani, proceſſit. Utriuſque ſcripta magna in parte deperdita ſunt, & per fragmenta tantummodo reperibilia. Calcagnini incomptæ chartæ, nullo

lo ſervato ordine, apud Albertum Pennam olim Ferrariæ ſervabantur: deinde in Bibliotheca Card. Imperialis repoſita fuere; ſed parùm ad Ferrarienſem Hiſtoriam texendam accomodata.

pag. 154. Singulare certamen tanta ſolemnitate deſcriptum inter Nicolaum de Auria, & Chriſtophorum Guaſcum, Ferrariæ initum, anno 1529. erat omnino ſilentio mandandum, & eodem pacto reſecanda erant carmina Gabrielis Arioſti. Pia quoque Authoris animadverſio, & exclamatio, qua Arioſti carmina interſecat, erat reticenda: quæ omnia extra argumentum veniunt judicanda uſque ad integram pagellam 160. & ultra.

pag. 159.

pag. 164. Non poſſum quin laudibus cumulem relationem Privilegiorum tum Juriſtis, tum Artiſtis Ferrarienſis Univerſitatis collatorum a Carolo V. Imperatore, dum Bononiæ moraretur. Hæc ſunt vera, & ingenua Univerſitatum documenta, quæ nullum patiuntur obicem, & nomen amplificant. Quemadmodum mentionis de ſolemni coronatione magni Ludovici Arioſti hic verè locus eſt; ut controverſia illa obtruncetur, quæ hujus honoris tantum Poetam expertem conſtanter apud nonnullos ſcriptores aſſeverat. Nonnulli item de loco coronationis contendunt: alii Bononiam volunt, alii Mantuam. Communiter ſapientiores pro Mantua ſtant. Hic quoque locus erat Arioſti ſepulchrale monumentum, atque epitaphia reportandi; non verò ad uſque librum tertium, quaſi extra ordinem, transferendi.

pag. 182. Sed quid ad nos totum Angliæ ſchiſma tam prolixè deſcriptum? Abundanter dictum foret, ſi ſtylo contractiori uſus fuiſſet Author noſter: nam Bernardus Davanzati ſcriptor Etruſcus, qui Cornelianum laconiſmum adeo diligebat, tanta, & talia, & tam luculenti calamo de Anglicano ſchiſmate non exaravit. Utique verum eſt, quod Henricus Rex de rei exitu vehementer ſollicitus, celebriorum Europæ Univerſitatum ſuffragia emendicavit, & Cęlius Calcagninus Ferrarienſis Canonicus per quatuor epiſtolas in hoc argumento partem habuit: ſed per hoc non evincitur, poſtulata fuiſſe ſuffragia a Ferrarienſi Univerſitate. Erat Cęlius Henrico addictiſſimus, antequam Rex ille ab Eccleſiæ unitate recederet, & in cauſa ſe declarat fuiſſe, in quadam Epiſtola ad Regem conſcripta. Per modum autem conſilii ſi ipſe ſolus avocatus fuit, totam Univerſitatem avocatam fuiſſe, non ſatìs probatur.

Refecetur quæſo tota hæc verboſa deſcriptio vitæ, morum, ſtudiorumque Danielis Fini. Vir utique fuit iſte, omni laude dignif-

cimus, ſed locus iſte non erat illi ſtatuendus, cùm nihil ad rem præſentem faciat. Si Borſettus Bibliothecam Scriptorum Ferrarienſium ſcribere inſtituiſſet, occaſio hæc, & tempus optimè aſſentirentur huic narrationi. Ad ſummum, mentione facta Viri tam illuſtris, debuerat reponi calamus, & ad alia utiliora pro hoc Studiorum argumento tranſitus fieri.

Sed ad pejora procedit Hiſtoria: recenſet enim in fine Libri pag. 191.
ſecundi obitum Jo: Antonii Regilli Pictoris de Pordenone; ut ſubinde reditum Card. Hippolyti Eſtenſis Ferrariam e Gallia, die 6. Auguſti 1539. deſcribat, currente magna annonę penuria: propter quam idem Cardinalis ingentia ſubſidia Ferrarienſibus elargitus fuit. Sed ad Hiſtoriam Ferrarienſem univerſalem; non verò ad res Studiorum hęc ſunt pertinentia; & non alia fortaſſe ratione in hoc volumen inſerenda duxit Author, niſi ut illud magnę molis elaboraret.

Hoc unum pariter remanet in hac pagina 192. & 193. animadvertendum (omiſſis quę in dicendo irrepſere ſphalmata, nempe *Jure merito* pro *Jure & merito*, *Pratio* pro *Pretio*, *Seculi* pro *Sęculi*, *Muretti* pro *Mureti*, *Admoverimus* pro *Admoneremus*) circa Regillum Pictorem ibi commemoratum; hunc non accerſitum fuiſſe Ferrariam, ut parietes Aulæ Eſtenſis pingeret, ſed tantùm ut Aulæa pararet, ſeu delinearet pro textura. Carolus Rodulphius clare loquitur in elogiis Pictorum Venetorum T. 1. pag. 107. & ſeq. = *Per commiſſione ancora del Duca Ercole II. di Ferrara, che inteſo quanto foſſe Gio. Antonio pronto nel diſegno, lo ſtimò a propoſito per diviſare alcune invenzioni per teſſer arazzi (avendo a queſt' effetto condotti di Fiandra Teſſitori) ſi poſe a comporre molti diſegni, traendo le invenzioni dall' Odiſſea d' Omero, degli errori d' Uliſſe, allor che partendo dalla vinta Città di Troja ſe n' andò lungamente vagando il Mare, provando varie avventure ec.*

Intanto il Pordenone ſollecitato dal Duca, gli convenne paſſare a Ferrara, penſando ivi dar fine a' Cartoni incominciati, ove ricevuto con molta umanità, gli fu aſſegnata caſa, e le dovute provviſioni. Ma in pochi giorni ſovrappreſo da improvviſi dolori, terminò la vita con diſpiacere del Duca, che vivamente ſi condolſe per la perdita di uomo così eccellente: il che fu cagione, che l' opera non ebbe il ſuo fine, non eſſendovi alcuno, che foſſe baſtevole a ſeguire la maniera da lui tenuta ec.

Seguì dunque la morte del Pordenone in Ferrara il 1540. *negli anni di ſua vita* 56. *e per quello fu creduto, di veleno, cagionatogli*

 dagli

dagli emuli ſuoi, credendo quello eſſer molto amato, e favorito dal Duca ec.

Gli furono ordinate dal Duca ſontuoſe eſequie, onorando la virtù di tanto pittore ec. Non gli fu eretto particolare ſepolcro, come il Duca aveva penſato di fare ec.

SECUNDI LIBRI

FINIS.

AD



AD LIBRUM TERTIUM
HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum , & *Animadverſiones*.

A PAULI Papæ III. adventu Ferarriam inci- *pag.* 193.
pit Gymnaſticæ Hiſtoriæ Lib. III. & eodem ferè pacto, quo ſuperiores libros ſupervacaneis rebus amplificavit, ita & hunc quæſitis, ac mendicatis documentis redundare facit. Expeditus itaque ab anno 1539. ad 1543. tranſitum faciens, & adventu Papæ jam expoſito, ad deſcriptionem Palatii *di Belvedere* ſe convertit, ubi quidquid ars, & poetica facundia miniſtrare poteſt, totum in ejuſdem palatii, & viridarii pictura impendit. Sed quorſum hæc? Ut poſtremis quinque tantùm verbis paginæ 195. pergrande opus illud enarret: *Aloyſium Eſtenſem Infantem, Herculis Ducis Filium, cum ſexaginta primæ nobilitatis Scholaribus, Pontifici ingredienti obviam fuiſſe, ut claves Civitatis Summo Pontifici offerret*. Cæterùm de palatio, deque viridario illo jam cantaverat

vates, nempe Cælius Calcagninus, Ludovicus Areoſtus, & Scipio Balbus (a Borſetto non commemoratus), a quibus & vera, & veriſimilia amœniſſimi illius loci deſcripta fuerant, abſque eo quòd hìc iterum in ſcenam prodirent.

pag. 198. Locus erat (occaſione referendi obitum Cælii Calcagnini, & publicam Bibliothecam ab eo inſtitutam apud FF. Ord. Prędicatorum Ferrarię) mentionem faciendi ingentis copię Codicum manuſcriptorum, qui hujuſmodi Bibliothecam aſtruebant. Eorum Inventarium conſcripſit Jo: Hieronymus Monferratus Cælii alumnus, & manu propria conſcriptum ſervabatur apud Albertum a Penna Ferrarien. donec Romam ad Card. Imperialis Bibliothecam, cum aliis propemodum infinitis Ferrarienſium rerum Codicibus tranſmiſsum fuit. Hoc unum ſingulariter ex allato Inventario apparebat, Codices manuſcriptos Bibliothecę Calcagninę ad numerum 3584. aſcendiſſe, inter quos Peregrini Priſciani Hiſtoria Ferrarienſis eminebat, undecim tomis magnæ molis comprehenſa, atque ipſius Cælii nova Ferrariæ Hiſtoria ad tertium uſque volumen perducta; ſed adhuc non abſoluta.

pag. 200. Anno 1554. PP. Societatis Jeſu primùm Ferrariam incoluere: quod utiquè verum eſt. Ad Vniverſitatem Ferratienſem hoc non attinet. M. Antonius Guarinus loco citato, ſatis clarè loquitur, & de hac re verè ad Hiſtoriam ſuam pertinente latam mentionem facit, quæ in Hiſtoria Gymnaſtica ad nihilum valet; prout ad nihilum relatio illa de Calvino, qui mentito nomine *Monsù d' Apeville*, è Gallia Ferrariam venit, ut Renatam Ducis Uxorem doceret, ac in prava hæreſi confirmaret. Carmina Lavezzolii ad rem non faciunt; cùm fęminam laudent omni vituperatione,
pag. 201. quo ad Religionem, digniſſimam. Fuga Calvini potiùs erat collacrymanda, eò quia per illam Ferrarienſibus ablatus honor, & gloria fuit, quæ evenire illis poterat, ſi iniquiſſimum Hæreſiarcham candenti ferro inurere, & ſignare in faciem iiſdem contigiſſet.

pag. 202. Extinctio ſeminum Calvinianæ peſtis, conſilio Patrum Soc. Jeſu, de recenti, tunc Ferrariæ incolarum tribuitur: quod negare non audeo, neque in controverſiam adducere. Sed longa illa P. P. ejuſdem Societatis nomenclatura omnium ſæculorum, qui Patriam Ferrariam incoluere, ſtudioſa nimis videtur, nec tam faciliter toleranda. Præterquamquod nonnulli etiam deſunt ex illis, qui debito honore fraudati omitti non debuerant, inter quos Jo: Baptiſta Montanus, Hieronymus Brutturi, Hippolythus Pal-

Digitized by Google

Palmerius, Hippolythus Severius, Antonius Villa, & alii recentiores; & inter vivos degentes, quorum mentio deſideratur.

Sequitur teſtimonium, & judicium Univerſitatis Ferrarienſis pro admittenda Societate Jeſu in Galliarum Regno, de quo fuſè ſcribit laudatus Bartolus Ital. l. 3. c. 11. quod teſtimonium erat Sorbonæ Theologis exhibendum. Tota hæc narratio honorificentiſſimè locum habet in hoc libro: ſed non fuit unica Ferrarienſis Univerſitas, cui poſtulatum fuerit hujuſmodi teſtimonium. Pariter hæc petitio facta fuit Bononienſi, & Patavinæ Univerſitatibus, necnon & aliis Italiæ; prout Acta earundem Univerſitatum teſtantur.

Si Author de equeſtribus Ferrarienſium rebus loqui inſtituiſſet, procul dubio relatio ab ipſo facta in hoc loco de *Monte Ferroniæ*, de *Caſtro Gorgoferuſæ*, de *Templo Amoris*, & ſimilibus ludicris luctis, ſpem lectorum impleviſſet: nam Ferraria Civitas in hac ſtudiorum paleſtra excelluit, & magiſterium habuit, atque ob torneamenta, magni nominis ubique fuit proclamata; prout Jo: Baptiſta Adrianus teſtatur in Florentina Hiſtoria. Verùm ad quid de armis ſermo, ubi de literario Gymnaſio unicè verba habenda proponuntur? Sed nondum finis. *pag.* 205.

Muſica ars ſubinde laudatur, & Ferraria tamquam Theatrum muſices commendatur, non in virorum tantummodò, ſed & mulierum, & ſanctimonialium excellentia, necnon in Theatrorum multitudine, amplitudine, majeſtate, & magnificentia. *pag.* 207.

De novis Scholis, immo de ſitu quarumcumque Scholarum in unum collectarum in Palatio Paradiſi, ubi nunc uſque degunt, optima, & rationabilis mentio eſt: ſed de Paræcia S. Clementis, ſub qua idem Palatium, jure parochialitatis ſubjicitur, non communis ſententia eſt. Alii namque volunt, eſſe tale Palatium ſub cura, ſeu in contrata (ut ajebant) Eccleſiæ Parochialis Vicarialis Pompoſianæ, quæ S. Agnetis V. M. nuncupatur; ut apparet ex Inſtrumento venditionis ejuſdem Palatii anno 1586. in hoc eodem libro inſerto ad paginam 218. *pag.* 208.

Notandum hìc venit, Oratorium vetus Societatis Roſarii venerabilibus in hæreticam pravitatem Animadverſoribus anno 1614. traditum fuiſſe, quod minimè reſpondet aſſertæ fundationi Oratorii S. Crucis in eodem loco, ſeu prope, de quo loquitùr Author noſter ſub anno 1448. f. 23. ſed hoc non omittendum ratio poſtulabat, ut de reſtauratione illarum ędium ſermo haberetur, facta per modernos, recentioreſque Inquiſitores,

& ut

& ut antiqua non ſatis fidelis inſcriptio iterum proponeretur exa-
pag. 210. minanda. Nova interim inſurgit narratio de obitu Petri Caſtagnę Medici Hiſpani, cui commiſſa fuit cura, ut peſtilentiali morbo correptis mederetur: quapropter ejus ſupplex libellus exhibetur Jo: Antonio Rondinello Sap. Judici porrectus, in quo arcani ſui diſpenſationem profert. Aſt hic neque lector, neque laurea inſignitus in Ferrarienſi Univerſitate reperitur; quapropter nihil ad rem publici Studii documentum hoc pertinere clarè patet; atque eò magìs, quia ex tali ſupplicatione Author potiùs circumforaneus, & empyricus Medicus, quàm verè Doctor judicandus venit: & quia Circulatores tamquam Univerſitatum filii ſpurii recenſentur, ideo in hac tam celebri non erat admittendus, nec de eo tam magnifica amplificatio facienda.

pag. 213. Inſcriptio Hoſpitii illorum, qui peſte corripiebantur, & a M. A. Guarino L. 6. f. 454. adnotatur, hodie Ferrariæ extat in muro cujuſdam cellæ lignariæ prope publicum majorem carcerem, ad quem aditus patet per viunculam nuncupatam *delle Forche*. Fortaſſe ibi tranſlata fuit a Villa Caſſanæ, tunc quando Hierocomium deſtructum fuit.

pag. 216. Funera duo, Maximiliani Imperatoris, & Caroli Galliarum Regis, ad ſtudia noſtra non pertinent; ideoque expungenda, & ad Hiſtoriam Ferrarienſem univerſalem tranſportanda; necnon etiam in calce libri reponendum erat totum Inſtrumentum venditionis Palatii Paradiſi nuncupati.

pag. 227. Fames univerſalis in Italia omitti poterat, atque ita pariter excidium paratum a Judæo Manaſſe in Alphonſum de Banchis, pro quo idem truculentus Judæus morte turpiſſima damnatus fuit.

pag. 228. Alii funeſtiſſimi eventus in hac pagina deſcribuntur, nempe fames, & hyemis rigor; obitus Co: Alphonſi Eſtenſis Taſſoni; mors, & exequiæ Duciſſæ Mantuanæ; ſtrepitus ad tumulum B. Beatricis II. Eſtenſis in Monaſterio S. Antonii Abbatis; timor, & tremor Alphonſi Ducis; & tandem (quid plura?) ejuſdem Ducis exitus lacrymabilis, ejuſdemque privatum funus, & ſepultura. Quorum omnium hunc poſtremum eventum ſatìs erat ut narraret; cùm cætera extra argumentum noſtrum evadant.

pag. 229. Sed, ubi loquendum eſt, tacet Borſettus; & ubi ſilentio opus eſt, verba profundit. Narratis incaſſum antecedentibus eventibus, ad devolutionem Ducatus Ferrarienſis ad S. Sedem Apoſtolicam devenitur, ſed unica, & quidem brevi periodo, habens ſe author excuſatum de hujuſmodi compendioſa parſimonia, eò quia apud

apud Scriptores origo hujus devolutionis ſatis liquet: ſed non in aperto fortaſſe erant alia ſuperenarrata? Ferrarienſes Hiſtorici nihil horum tacent, & tamen in hac Gymnaſiologia diffuſè exponuntur. Cautè tamen loqui voluit in re tanti momenti, ne ſerò nimium dixiſſe pęniteret. Citò itaque ad Ferrarienſem Studiorum Univerſitatem tranſitum facit ſub Pontifice Clemente VIII. de Bono regimine, de Centumvirali, de Rotę Signatura, deque adminiſtrandi optima ratione, præcipitanter loquendo; donec ad Privilegiorum confirmationem datam Scholaribus, & Doctoribus anno 1600., totum diploma in hoc loco recenſendo, perveniat.

Epocha originis Academiæ Intrepidorum ad annum 1601., non pag. 231. verò 1600. eſt reducenda; & loco Theatri ad S. Laurentium, ſubſtituendum venit Theatrum in proſpectu magnæ Aulæ, ſeu Curtilis Principum Eſtenſium, in quo Fabula illa piſcatoria Alcei ab Antonio Ongaro elucubrata, mirifico apparatu acta fuit anno 1614. fuitque repentino incendio conſumptum anno 1660. Theatrum verò ad S. Laurentii nobiliſſimæ familiæ de Obizzonibus a Jo: Baptiſta Aliotti paratum, pariter repentino incendio vaſtatum fuit anno 1679. Jacobus Mazzoni Philoſophus eximius Patriam habuit Ceſenam, non verò Forum Livii, ut videre eſt apud plurimos Scriptores, & de recenti apud Vivian. *Monumenta Illuſt. Galliæ togatæ. f. 79.*

Pro dote Academiæ Intrepidorum aſſignata fuerunt ſcuta centum ſub Alexandro PP. VII. ſed redditus iſte dimidiatus fuit a Card. Imperiali tunc Legato Ferrariæ anno 1692. qui medietatem ejuſdem aſsignavit pro ſalario Lmiſtæ in Collegio Nobilium Penna, modò (ut mihi referunt Ferrarienſes) abolito.

Recenſentur quoque in hac pagina aliæ Academiæ diverſi ge- pag. 232. neris, tum antiquæ, tum recentes, quæ Ferrariæ viguerunt, & vigent; ſed non omnes veræ Academiæ ſunt nuncupandæ. Differunt Academiæ a cętibus litteratorum hominum, & a conventibus, in quibus ad placitum de re literaria diſſeritur; prout ſunt *Silva*, & *Vinea*, nec non *Theologia Moralis*, ac *Matheſeos*.

Crambes illa Franciſci Patritii millies recocta uſque ad nau- pag. 233 ſeam, circa Poetas Ferrarienſes, adeo antiqua eſt, & aſſentatione plena diebus noſtris, ut faſtidium moveat iis præcipue, qui lege vivunt nova, non veteri: atque ideo poterat omitti.

Quidnam eſt hæc collectio Centonum? elegantius dici poterat pag. 234. *Scrutorum*. Centones enim ſunt veſtes multiplici panno contextę

juxà

juxtà illud Juvenalis ſat. 6. *Intravit calidum veteri Centone Lupanar.*

pag. 244. Ab hac pagina uſque ad integram 254. divertit iter Borſettus, & de magno Poeta Ludovico Arioſto verba profundit, decem implendo paginas epitaphiis, carminibus, & controverſiis, ſeu quæſtionibus ad laudem ipſius, totam narrationem complendo cum pictura ſepulchri ære inciſa, atque hoc pacto miſcellaneorum ſcriptor evadit. Huic magno Poetarum Epicorum Italiæ Principi, locus datus antecedenter ad paginam 230. ſub anno 1494. ſatis erat; pro eo quod ſatis erat ad Gymnaſticam Hiſtoriam illuſtrandam. Si verò rerum Ferrarienſium diarium Borſettus exarare ſibi in mentem propoſuiſſet, de hoc, & de tot aliis Ferrariæ eximiis Poetis per ſeriem annorum conſcribere poterat: ſed cùm nihil penitus ad præſens inſtitutum faciat hæc magni Ludovici tam verboſa mentio, erat omnino omittenda, & alicui ſcriptori Bibliothecæ Scriptorum Ferrarienſium relinquenda. Fatetur tamen Author, ſe viam divertiſſe, ſed hoc ſummis labiis fatetur per modum dubitandi, dum dicit pag. 254. *Modò in viam,*
pag. 254. *ſi tamen divertimus, revertamur.* Si hæc non eſt diverſio, neque erit illa proverbialis dictio, qua aliquem (nos Itali) qui longiùs a propoſito digreſſus ſit, perſtringimus: *Saltar d' Arno in Bacchiglione: Paſſar da Pompoſa a Milano.*

pag. 264. Collegium a Card. Serra meditatum, cùm complementum ſuum habere non potuiſſet, omittendum erat: quæ enim infecta ſunt, malum conſilium proponentis denotant.

pag. 265. OEconomica deſcriptio, & ſtatus Studii, quamvis utiliter hìc exponatur, nimiùm tamen minutatim deſcribitur, & nullo penitus hiſtorico modo ſervato, cùm qui iſta legit, potiùs libros calculatorum percurrere videatur.

pag. 267. Item Collegium Romanum per hereditatem Manfredam in Urbe erigendum, enuntiandum veniebat tantummodo, &, ſi documenta ulla proponenda erant, prout tot, & tanta hìc recenſentur, reponenda erant, ut jam diximus, in calce libri: nam, etſi caſus quandoque evenire poſsit, ut hujuſmodi Collegium erigatur in Urbe, & fieri hujuſmodi ſubſtitutio favore Civitatis Ferrariæ quandoque poſsit, documenta in integrum erunt exhibenda: & tunc aliquo modo eſſent valida; ſed illorum enunciatio hiſtorico modo facta non admitteretur, niſi validis probationibus ſuffulta.

pag. 274. Collegium Campionis Patavii, hac tempeſtate, ſaltem pro Ferrarienſibus deſertum eſt: ſed cur tanta jactura? Propterea condignè

dignè in hac narratione collacrimatur Borſettus, quam opto, ut Ferrarienſes audiant, & quandoque ad priſtina jura redire ſatagant.

Non ita optimo conſilio idem Author totam originem Tribunatus Ferrarienſis hoc loco deſcribit. Nil magis dici poterat a *pag.* 275. Scriptore Ferrarienſis Hiſtoriæ ex profeſſo: Pigna, Sardio, Giraldo, Fauſtino &c. Cum igitur nihil, vel parùm ad Studiorum argumentum hæc narratio, ſeu potius hæc diſquiſitio, pertineat, laudabiliter omitti poterat, & hoc pacto abſque hac aſiatica digreſſione procedebat Author, res ſtudiorum tantummodò adnotando, & in lucem edendo.

Verba tamen ejuſdem diſquiſitionis perlegendo, & conjectu- *pag.* 277. ras omnes approbando, ad illud tranſeo, ubi de Reſidentia Judicum, & Magiſtratus XII. Sapp. in contrata S. Romani Martyris exiſtente tractatur, aſſerendo illam contiguam Eccleſiæ. Veriùs dictum fuiſſet, ſi hanc ædem e regione, & in proſpectu dictæ Eccleſiæ poſitam extolli ſcripſiſſet, nempe ad angulum palatii Juris communis, ac in pede turris, ſupra quam carcer turris, & inde Archivum Notariorum ſeu Regiſtrum inſurgit. Procedebat hæc Reſidentia ad uſque initium porticus viæ S. Romani, ubi modò patet Caupona ſatis celebris, in qua [cum latus ſatis longum & latum habeat] veſtigia in parietibus non nulla adhuc apparent antiquæ ſenatoriæ Majeſtatis. Hoc habemus ex authenticis probationibus in Statutis diverſarum Artium Ferrariæ exiſtentium.

Epigramma Cęlii Calcagnini, niſi illi apponatur titulus, & ar- *pag.* 278. gumentum ſaltem præſumptivum, nihil penitus ſignificat ad probandam reſidentiam Magiſtratus in magno Curtili Principum Eſtenſium.

Froldo; non ſignificat aggerem, ſeu propugnaculum aquarum *pag.* 280. ad ripas fluminum, ſed communiter uſurpatur ad ſignificandam naturam aggeris ab aquis penè diruti, & laceſſiti. Iſta percuſſio, ſeu eroſio facta ab aquis decurrentibus, & ab eorum impetu in aggeribus, id efficit, ut propugnacula, & aggeres ipſimet ſubigantur, macerentur, & ut ita dicam, excorientur, nudique evadant, & quocumque ſuſtentaculo deſtituti; adeo ut, impetu aquarum facilimè corruant. Iſta eroſio itaque appellatur *Froldo*, non verò ipſi aggeres. Ejus derivatio ethymologica magis Italico idiomate, quam latino, explicari poteſt; nam ex verbo *Frollo*, quod ſignificat *Macer* derivationem habere nemo inficiari poteſt.

pag. 281. Perperam crediderunt qui abrogationem duorum Lectorum primæ ſedis, abſque Studii, & Univerſitatis detrimento fieri poſſe dixerunt, atque eo magis, quia hujuſmodi Lectores extranei, & non hujus eſſent Provinciæ. Hi enim ſunt, quorum ope viget nomen, & fama Univerſitatum. Debuerat igitur huic aſſertioni ſuperaddi, neceſſitate cogente; nam extrema neceſſitas omnem decoris, aut famæ titulum ſuperat.

TERTII LIBRI

FINIS.

AD

Digitized by Google



AD LIBRUM QUARTUM.

HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum, & Animadverſiones.

SI verum eſt, quod nemo inficiari poteſt, lecturam Summæ Rolandinæ adſcriptam fuiſſe uni ex Notariorum Collegio; ut illa, ſtatutis diebus, in ædibus ejuſdem Collegii haberetur, rem iſtam nullo pacto ad Ferrarienſem Studiorum Univerſitatem pertinere unuſquiſque fatebitur; quia negotium ſejunctum eſt, neque ad publici Studii provinciam attinet; cum ſuas præcipuas leges habeat, ſua ſtipendia ex viſceribus rei notariæ, non autem ex maſſa publica Univerſitatis, & ſuos Præſules ex Collegio Notariorum aſſumptos; quod evidenter patet ex moderna reſtauratione Collegii, & Cathedræ Rolandinæ habita anno 1727., prout loquitur Inſcriptio in eadem Collegiali æde nuper inciſa hujuſmodi, videlicet. *pag.* 285.

D. O. M.

ÆDEM hanc nobili Collegio Notariorum Ferrariæ pro comitiis habendis deſtinatam, quam clariſſimis monumentis illuſtraverunt. Petrus Nigriſolius Præſes, qui intermortua jam diu Summa Rolandina lectionem reſtituit 1631. *Philippus Hieronymus Bartolus, a quo illud præcipuè impetratum eſt, ut Hebreorum Acta judicialia, & Curia Judaica arroganter inſtituta aboleretur anno* 1708. *Daniel Bartolus non degener filius, per quem lectio Rolandina noviter excitata fuit Anno* 1724. *Dominicus Nallius, qui illud obtinuit, ut Maſſarii nomen in Præſidis titulum pro hocce Collegio immutaretur. Joſeph Maluccellius, cui non parum Curia debere fatetur, ob Judiciariam, Inſtrumentariamque Praxim typis æditam. Joſeph Lombardus, qui Taxas pro Judicum, & Notariorum ſalariis, & mercede reſpectivè ſancitas uſu mandavit. Novis ornamentis in ſplendidiorem formam D. D. Proconſulum, cæterorumque Aſſeſſorum approbatione Dominicus Baruffaldus Collegii Præſes amplificari curavit.*

Anno Domini MDCCXXVII.

pag. 226. Vel de Hæreditate Leonia erat omittenda mentio, vel ille Hæres ſubſtitutus erat enunciandus; vel qui hoc tempore tali gaudet hæreditate, quæ per hoc videtur in deſuetum abiiſſe.

pag. 288. Deleatur pariter verbum illud *Terzaria*, ad ſignificandam tertiam temporis partem, qua in ſingulo anno frequentantur cathedræ a lectoribus uſurpatum, & pro illo ſubſtituatur potius *Tertiarium*: & ſubſequenter ſcribatur: *pro uno quoque Studii tertiario.*

pag. 302. Inſigne, & memorandum primo aſpectu videtur decretum compromiſſionis pro controverſia juridica inter Carolum Emanuelem II. Sabaudiæ Ducem, & Rempublicam Januenſem: ſed eventus non ità commendandus. Re enim infecta, & nunciis retroceſſis, nullum cauſa habuit exitum; nec Doctores Ferrarienſes ullam ſcimus pronunciaſſe ſententiam.

Pre-

Preces P. P. Congregationis Somaſchæ non exauditæ pro redditu augendo ad uſum Collegii Clementini, nullius momenti habendæ ſunt; ideoque nequè hìc erant adnotandæ: nam ſi de ſingulis precibus, quæ quotidie Principibus porriguntur mentio eſſet facienda, in infinitum procedere conaremur. pag. 304.

Quæſo: cur in fine Conſtitutionis pro ſalariis Lectorum, ſubnectitur locus, annus, & typographus? non niſi certè, ut ſi quis illam emere cuperet, ad hujuſmodi typographum accedere valeret; ſed alias incolit oras. Adnotatio hæc ſatis ſuperque vileſcit. Poterat liberè etiam ſubdere. Venit obulum unum: de fide propria male ſentit Borſettus, atque ideò teſtimonium irrefragabile ſubnectit. pag. 319.

Collegium Penna ad argumentum Univerſitatis Studiorum non facit; eſt enim (vel potius fuerat) privatus Cætus Adoleſcentum pro convictu: nihilominus ſupplendo omiſſa, addam Inſcriptionem, quæ totius hujus Collegii hiſtoriam demonſtrat: eſtque adhuc in fronte ædium ejuſdem Collegii marmore inſculpta, & elevata.

D. O. M.

JOSEPHO RENATO CARD. IMPERIALI LEGATO.
Quod hoc Collegium Nobilium Penna, ſummo Civium, & exterorum bono erexerit, atque alia tam multa, & præclara, brevi ſex annorum, totidemque menſium ſpatio compleverit. Templo, Ariſque Deo reſtitutis. Diſciplina in Epiſcopatus temporario regimine firmata. Cathedrali ſacra ſupellectili ornata. Egenis liberalitate cumulatis. Vectigali liberculorum ejus cura ſublato: æreis nummis deterioris notę eliminatis. Auctis Communitatum proventibus. Viis publicis lapide ſtratis. Cloacis Urbis, & Agri Aquæductibus expurgatis. Prolatis mendicantium ædibus. Nova Platea exornata. Opificiis invectis. Archivo innumeris tabulis, & foro legibus inſtructo. Quæ licet miraculo propiora geſſerit, magis adhuc ſui ipſius miraculum fecit, virtutibus omnibus, copioſo fœdere in unicum Virum ſociatis. Ut grati animi obſequia perenni monumento teſtarentur effuſis lacrymis, & Votis, abeunte proſequuti. Co: Antonius Federicus Novara Judex, Magiſtratuſq. Sapp. publico decreto P. P. Anno Domini MDCXCVI.

Poſt

Digitized by Google

Poſt hæc ſubdendum venit, hujusmodi Collegium Penna ab Alberto fundatore ita nuncupatum, qui titulo Marchionis a Rege Poloniæ decoratus fuerat, hoc anno 1738. omnino clauſum, & deſtitutum eſſe: ob rem judicatam in Romanæ Rotæ Auditorio, ni fallor, favore Joannis Pennæ, ejuſdem Marchionis Alberti hæredis fideicommissarii

pag. 320. Ornamentum ſtemmatum deſiit eſſe poſt obitum ſapientis illius Viri, qui hujuſmodi decoramentum promoverat; adeo ut nemo impoſterum ad hoc diſpendium, poſt lectorum diſceſſum, animum inclinaverit.

pag. 325. Huc uſque, & non ultrà procedendum erat in ſermone de controverſia orta inter Bononienſes, & Ferrarienſes, ratione præeminentiarum pro Univerſitate ſtudiorum. Cætera teſtimonia, uſque ad pag. 336. penitus inutilia arbitranda ſunt, cum jam ſingula in Votis J. Conſultorum, & in Relationibus Franciſci Mariæ Nigriſolii typis editis, & S. Congregationi exhibitis, diſusè habeantur. Non eſt hìc rationum, ſeu jurium locus: ſuperabundanter uſque ad hunc locum ſtylus proceſſerat. Remanebat unicè; ut quod de lata Romæ ſententia, & de favorabili decreto emanato die 22. Octob. 1702. pro Ferrarienſibus, adnecteret ea omnia, quæ in dicta pag. 336. ſubjungit, uſque ad integram rei judicatæ approbationem, & non ultrà, ut hoc pacto ſufficienter Lector de orta controverſia, de rationibus allatis, & de ſententia lata, more hiſtorico inſtrueretur.

pag. 339. Tota hæc Inſcriptio in laudem Antonii Muſæ Braſavoli inſignis ſua tempeſtate medici, materiam præbuit; ut integrum Volumen a Hieronymo Baruffaldo efformaretur; ad hoc ut [ita Clemente XI. PP. poſtulante] controverſiæ tunc obortæ inter Univerſitatis Moderatores compeſcerentur. Scripſit itaque Baruffaldus Volumen illud italicum *Commentario Iſtorico ec.* typis jam editum inſtante Hieronymo Braſavolo Palatii Pontificii Archiatro, & Rodulpho paritèr Braſavolo Scholarum piarum Sacerdote de Braſavolarum familia, & laudati Hieronymi Archiatri ex fratre Nepote, qui Ferrariæ diu commoratus, opus hoc completum Romano Pontifici ſubjecit, ut probata videret, & germana ea, quæ in marmorea tabula pro Antonio Muſa deſcripta fuere. Quibus omnibus idem Summus Pontifex conſideratis, de Authore illius Voluminis, ſumma dignatione, conclamavit; Benè ſcripſiſſe: Vigore cujus approbationis, Tabula, unico tantum verbo in clariorem formam ſuperaddito, reſtituta fuit ſuo loco, non contra cathedram in ſchola Artiſtarum, prout ſcribit Borſettus, ſed in proſpectu majoris oſtii ejuſdem Scholæ.

pag. 347. Utique digna, & decora eſt commemoratio Joſephi Vaccarii: fuit

Digitized by Google

fuit enim adoleſcens eximii Ingenii, & magnæ doctrinæ Philoſophus: nec non Poeta, omni laude celebrandus: ſed ſatis erat, ut hæc omnia de tanto Viro glorioſa dicerentur. Ecloga Dominici Travini nimia eſt, & lectorem inutiliter a propoſita hiſtoria divertit.

Seminarii veteris translatio ad nova habitacula in Burgo novo, pag. 352.
ad Univerſitatem Studiorum nihil pertinet; ideoque & nimis ſtudioſa narratio omitti poterat.

Lectura Sacræ Paginæ excitata fuit, cum uſque ab anno 1615. pag. 353.
ſilviſſet. Superaddi debet: & primus Lector in hujus Cathedræ renovatione prælectus fuit Hieronymus Baruffaldus Doctor Collegiatus, cujus mentio in hoc loco videtur omiſſa, neſcio quo caſu, cum alioquin de eodem opportuna recordatio in ſubſequenti anno videretur facienda. Ope enim ejuſdem Baruffaldi, Ephemerides Studiorum Ferrarienſis Univerſitatis ab anno 1725. initium ſumpſerunt, & uſque ad totum annum 1730. feliciter proſequutæ ſunt. Quarum Ephemeridum uſu res omnes, & proſperæ, & adverſæ Ferrarienſis Univerſitatis in lucem prodibant; adeo ut in illis tota illorum annorum Hiſtoria [quoad res ſtudiorum] tamquam in promptuario repoſita invenirentur; juxtà annorum, menſium, & dierum ſeriem: quod pro integra efformanda hiſtoria proficuum eſſet valde, ſi poſtquam ceſſavit a ſcribendo Baruffaldus, aliquis bene cordatus vir, benevolentiæ nexu Patriæ devinctus, provinciam hanc hujuſmodi conſcribendi, & adnotandi ephemerides, tamquam ſuppletivè ſuſciperet. Quamquam, non obſtante toto hoc diligentiſſimarum ephemeridum apparatu per ſexennium producto, Borſettus inopia laborare viſus eſt; nam in fine primæ partis operis; cum nos in ſpem adduxiſſet, omnes fruſtravit, calamum ad ſupervacanea convertendo.

Primò: ad cauſam metropoliticam, & decretum favorabile obtentum ab Epiſcopo Ferrarienſi, contra Archiepiſcopum Ravennaten; per decretum Benedicti XIII. in Concilio Romano, ibi omninò per extenſum relatum, ac ſi tota cauſa noſtræ Univerſitatis fuiſſet. Sed ſi verè cauſa metropolitica ad Univerſitatem Ferrarienſem pertinuiſſet [ex quo Epiſcopus magni Cancellarii nomine decoratur] cur queſo, per tot anteacta ſæcula ſub ſilentio præterire tot alia documenta ad Epiſcopos Magnos Univerſitatis cancellarios ſpectantia? An ne ſemper idem perpetuo fuit Ferrariæ Epiſcopus? Cardinales Cerrus, Taurufius, Paulutius, de Verme, omnes adhuc in viridi memoria ſunt: ſed horum omnium laudes in unicum Thomam Card. Rufum Proto-archiepiſcopum, cumulat, & quidem meritò,

Au-

Auctor noſter; eo quia eximius iſte Cardinalis illud, uſque ab exordio regiminis ſui, conclamaverat: *ecce nova facio omnia*.

pag. 355. Secundò: reaſſumpta Univerſitatis hiſtoria, poſt narratam reſtitutionem Cathedræ græcarum litterarum, aſſumptoque ad eandem implendam Jacobo Agnellio Ph. & Med. Doctore, adoleſcente optimis Studiis imbuto, de quo nulla mentio habetur in hac prima Hiſtoriæ parte, annorum ſeriem proſequendo; & deſcripto obitu, &
pag. 356. funere M. Antonii Fregulei, reportatoque ejus elogio ad aliud Volumen; nec non mentione facta de judicio inſtruendo adverſus Bona q. Marchionis Camilli Valengo pro capitali cenſus 4000. ſcutorum per Studium Ferrarienſe acquiſiti; itemque erecta nova Cathedra Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, ad quam aſsumptus fuit Angelus Dominicus a Turre Ordin. Præd. Theologus, tranſitus fit ad deſcribendam Cathedralem Eccleſiam Ferrariæ; prout erat ante ejus reſtaurationem (de qua Icon exhibetur); & prout a Cardinalibus de Verme, & Ruſo reſtituta eſt. Deinde interiora opera deſcribuntur, & exteriora: ſculpturæ, epitaphia non nulla, & hujuſmodi alia, quæ nihil penitus ad Hiſtoriam gymnaſticam faciunt, & pro ſupplemento inſervire poſſunt Hiſtoriæ Ferrarienſium Eccleſiarum, ſi unquam inter vivos enumerabitur, qui M. Antonii Guarini Hiſtoriam ſtuduerit amplificare.

Mox, collacrymato funere Cæſaris Pariſii Favalli, & literario cætu Sylve laudibus ampliſſimis cumulato, ſtrictè, & per modum compendii ad perpetuatam Cathedram Rhetorices progreditur: deinde precipitanter de Lectura Linguæ ſanctæ, de Theatro Anathomico novirer ædificato; de Caupona [*della Fraſchetta*] ad uſum conceſſa: de Bonis Gualenghi locandis: de Anathomes lectura per turnum deinceps exercenda: de premio ſcutorum 150. ſibi aſſignato pro hac Hiſtoria typis publicanda: ad ultimum a via ſibi propoſita, & centies reaſſumpta recedens, ſtylum convertit ad Card. Ruſum, dignè quidem commendandum, pro Archiepiſcopali dignitate Ferrarienſi Eccleſiæ collata per Clementem XII. Papam feliciter ſedentem.

Poſt hæc, ut verè aſtrui poſſit, Initium, medium, & finem pri-
pag. 364. mæ hujuſce partis, de rebus ad Ferrarienſem Studiorum Univerſitatem ſpectantibus pertractare, ſeptuaginta tres paginas, nempe a pag. 364. ad 437. implet, recudendo integra Statuta Univerſitatis Scholarium Artiſtarum jam pag. 114. enunciata, & pro minori lectorum nauſea ad hunc extremum locum uſque perducta, & repoſita, nova ſemper meditando, & ſuperaddendo, ut integrum,

Volu-

Digitized by Google

Volumen efformetur. Interim multa deſunt ſcitu digna in hac Univerſitate patrata, ab anno 1724. ad 1735. per Authorem non relevata, quæ ut ſupleamus, ab ephemeridibus Baruffaldi, per modum diarii illa deſumam, & per annorum ſeriem hic referam.

Cum die 8. Auguſti diem extremum objerit Franciſcus Caſtracani Canonicus, & Vicarius S. Romani Martyris, qui cathedram Rhetoricæ per plures annos impleverat, habito concurſu diverſorum, nempe Joſephi Arienti Canonici. Joſephi Chitò J. U. D. Oliverii de Cribellentis J. U. D.: & Hieronymi Baruffaldi Ph. D., ad hanc lecturam, horum poſtremus præcæteris potiora vota obtinuit, atque ideo illi Cathedra Rhetoricæ commiſſa fuit; cum jam uſque ab anno 1722. Sacræ Scripturæ Sedem impleret, quam poſtea reſignavit in manibus D. D. Moderatorum in die ſuæ electionis ad Rhetoricam, quæ fuit duodecima Auguſti. Qua propter reſultante S. Scripturæ Cathedra, coactis ſuper hoc Moderatorum comitiis, ad illam aſſumptus fuit Bartholomæus Borſettus, per quem poſtea, die 27. Novembris proluſio publica habita fuit coram Moderatoribus pro lectionum ſuarum exordio: cum jam Hieronymus Baruffaldi novus in Cathedra Rhetoricæ electus, pro Studiorum inſtauratione, ſuam habuiſſet prælectionem, a die uſque octavâ ejuſdem Novembris, quæ fuit prima ſuarum lectionum in nova cathedra, ad quam Moderatores Gymnaſii, nec non magna Populi frequentia interfuere. 1724.

Cumque F. Laurentius Roſſi ex Conventualium Familia Theologus, nec non in Univerſitate publicus Lector ad mentem Scothi, in locum ſuum, ob ætatis ægritudinem ſuffeciſſet F. Nicolaum Bellaja ordinis ejuſd. collegam, per eundem habita fuit prima actio ſolemnis per theologicam diſputationem die 13. Novemb. ejuſdem anni 1724.

Jus Collegii Medicorum hujus Univerſitatis hoc anno exercitum fuit per conſuetam viſitationem ad Pharmacopolarum officinas, pro habendo examine omnium ſimplicium, & compoſitorum medicamentorum; ad hoc ut ægroti ſpe ſalutis non fraudarentur: qua de cauſa, eodem tempore reformata fuit, & publici juris facta Taxa rerum quarumcumque tam ſimplicium, quàm compoſitarum a Pharmacopolis uſu habenda, approbantibus Judice, & Magiſtratu Sapp. ſub prioratu Petri Dominici Voltolinæ totius Collegii Protomedico. 1725.

Sed gravis Padi fl. intumeſcentia primis diebus apeitionis ſtudiorum hoc anno Moderatorum, & Magiſtratuum ad alias curas

evocavit animos: quapropter Studiorum negotiis ad tempus opportunius dilatis, non niſi die nona Novembris convocatus fuit cœtus Moderatorum almi Gymnaſii, in quo declarati fuerunt Lectores emeriti M. Antonius Piſanus J. U. D. Antonius Franciſcus Righettus Advocatus. In Rotulo verò Artiſtarum, dimiſſa Cathedra Theologiæ Dogmaticæ a P. Henrico Vaccario Min. Conv. ſuffectus fuit in eundem locum Jo: Antonius Maria Modena Ferrarienſis ejuſdem Conventus Filius, qui ſubſequenti anno die 15. Julii publicam prælectionem ſuam habuit, coram Moderatoribus.

Hiſce diebus publici juris facta fuit Pharmacopœa Ferrarienſis compacta a Franciſco M. Nigriſolio Lectore primario Ph. & Med. Huic operi manum dederat uſque ab anno 1723. dum ipſe Prior, & Protomedicus eſſet totius Medicorum Collegii.

Vacante verò ab uſque die 4. Januarii privata Lectura Juris Civilis per obitum M. Antonii Fregulei Advocati, & Rotæ Ferrarien. Auditoris, habito concurſu ad hanc Lecturam coram Judice, & Magiſtratu Sapp. bipartitum fuit hoc munus inter Franciſcum Scutellarium, & Hippolytum Gratiadei Cath. Eccleſiæ Decanum; atq; hoc ex peculiari arbitrio congregationis. Illorum munus decretum fuit, ut impoſterum legerent privatim Inſtitutiones Imperiales viciſſim, hoc ſervato ordine, ut eo anno, in quo alter dictas Inſtitutiones legeret, alter ordinarios tractatus explicaret.

Verúm cum nondum ſui ſpecimen præbuiſſet Jacobus Agnelli, & de recenti, ut jam diximus, ad Cathedram Græcarum litterarum aſſumptus fuiſſet, tandem die decima octava hujus anni ſolemniter habuit prælectionem ſuam pro inauguratione ſuarum lectionum deinceps habendarum in eadem facultate.

Cum verò ad viridem obſervantiam revocare ſtuderet Franciſcus Juſtini Prior, & Protomedicus antiqua Privilegia tum Cęſarea, tum Pontificia, nempe Caroli V. Imperatoris ſub die 24. Februarii 1530. & Clementis PP. VIII. ſub die 25. Octobris 1602. per quæ Protomedico Ferrarienſi facultas traditur conferendi Doctorales gradus etiam privatim, licentiandi Chirurgos, & legitimandi ſpurios, & nothos: uti volens hac facultate dum Protomedici munere fungeretur: Carolum Schiavi de loco Papotiarum Diſtrict. Ferrariæ, in privatis ſuis ædibus, prævio examine promovit, & creavit Doctorem in Phyſica, ſeu Medica tantum facultate, ſub rogitu Floravantis Fuſchinii Notarii, & Collegii Cancellarii eodem pacto idem Protomedicus, tempore ſui prioratus, nonnullos creavit Notarios, natalibus reſtituit plures illegitimos, & quoſdam in Chirurgica

Digitized by Google

rurgica facultate licentiavit. Quod ſubſequentibus annis per alios Protomedicos pariter factum fuit.

Cum verò extremum diem objiſſet D. Franciſcus Maria Majo Neapolitanus Cler. Reg., qui honorariam Cathedram Theologiæ Scholaſticę implebat in hac Univerſitate, ſuffectus fuit per Moderatores, & Magiſtratum D. Jo. Baptiſta Marj Januenſis ejuſdem ordinis ſub die 23. Maii, qui poſtea anno ſubſequenti pro exordio ſuarum lectionum habuit præfationem ſuam coram Moderatoribus Lectoribus, & populo electiſſimo.

Poſt quę, nempe die 3. Julii, cum F. Pius Fœlix Garibaldi Ord. 1726.
Præd. jam Lector honorarius in Thomiſtica renuntiaſſet, ſuffectus illi fuit per Moderatores, & Magiſtratum F. Dominicus Folegatti Ferrarienſis, qui ingreſſum ſuum uſque ad diem 12. Novembris 1727. protraxit, & tunc habuit prælectionem ſuam pro ſpecimine lectionum ſuarum impoſterum faciendarum.

In Rotulo Juriſtarum pro anno 1626. expoſito, tres poſtremæ lectiones pro horis veſpertinis dierum feſtorum impletæ non fuerunt, cum tempore opportuno diſcuſſæ a cætu Moderatorum rationes, & petitiones concurrentium ad eas non remanſerint, optionum faciendarum cauſa per obitum diverſorum Lectorum anno antecedenti.

Extructo penè noviter, & perfecto Epiſcopio, ſervatiſque conſuetis ædibus, in quibus Collegia tum Theologorum, tum Juriſtarum, & Medicorum convenire ſolebant, reaptatiſque ad normam totius Epiſcopii: tria hæc Collegia ad hoc animum converterunt; ut nova ſedilia conſtruerentur ornarenturque pro loci decore: quo confecto communibus expenſis, primus qui in hac nova, & ornatiſſima æde, publico examini ſe ſubjiceret, & ibi laurea Doctorali ornatus extiterit fuit Paulus Iſnardi Ferrarienſis in utroque Jure laureatus die 20. Novemb. 1726.

Imminente ſcholarum aperitione, poſt conſuetas vacationes, hoc 1727.
anno, convocato cætu Moderatorum in conſuetis ædibus, negotia Univerſitatis pertractata fuere, videlicet augmenta honorariorum pluribus lectoribus propoſita; prout merita, & labores illorum poſtulabant. Verùm cum annis anteactis ſuſpenſa fuerint hujuſmodi augmenta, ut impenderetur eorum cumulus in non nullis rebus valde huic Univerſitati utilibus, nihil favore prætenſi augmenti deliberatum fuit.

Eodem tempore nova lectio Theologica Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Controverſiarum inſtituta fuit; cum hodiernum Sacræ Theolo-

giæ ſtudium circa hæc potiſſimum, magno ſtudentium concurſu, verſetur. Ad hanc aſſumptus fuit P. M. Angelus Dominicus a Turre Ord. Prȩd. de Caſali, qui ad ſuam Cathedram ingreſſum habuit die 2. Decembris 1727.

Sed totam movet bilem prȩteritio obitus præclariſſimi undequaque viri Franciſci Mariæ Nigriſolii ſub anno 1727. adnotandi. Author hujus hiſtoriȩ totum lacrymarum impetum ſervat, & tranſfert ad annum 1729. ob inopinatam jacturam Cœſaris Pariſii Favalli. Bone Deus! quis hoc ſilentium negabit injurioſum, e regione poſitum tantæ dicacitatis pro Amico demortuo? ſed tempus eſt remedii, non quærelæ: dicamus igitur.

Jacturam non exiguam paſſa fuit Ferrarienſis Univerſitas ob mortem celeberrimi Franciſci Mariæ Nigriſolii Philoſophi, & Medici primarii die 10. Decembris ſequutam. Hic rem medicam, & philoſophicam ſcriptis, & vindiciis ſuis illuſtravit, Patriam Univerſitatem pro aris, & focis tutavit: ægris propæmodùm innumerabilibus jucundus, utilis, & neceſſarius. Sed alibi proſequenda erunt elogia, cum de lectoribus ſermo opportunus habebitur.

Die ſubſequenti per Moderatores, & Magiſtratus, Primaria Cathedra a Nigriſolio derelicta, adjudicata fuit Joſepho Lanzono Jatrophyſico eximio, omnium votis, & acclamatione. Hic ingreſſum ſuum ad novam primariam Philoſophiæ naturalis Cathedram diſtulit uſque ad diem 4. Martii ſubſequentis anni 1728. Tunc Proluſionem habuit ſolemnem pro inauguratione ſuarum lectionum, quod factum fuit, magno rerum apparatu, & innumerabili populi frequentia. Hac opportunitate, Amicorum cætus qui in Vineæ conventu tantum Virum colebant, libellum quemdam epiſtolarum poeticarum diſtribuit, per quas ad omnes Italiæ Academias, & ultrà, tanti Amici exaltatio ſignificabatur.

Satis curioſa quæſita, hoc anno, die 22. Junii de Generatione viventium in triplici ſtatu, nempè Univoco, Analogico, & Æquivoco publicè diſputata fuere, & ad mentem Hippocratis reſoluta per Fabritium Ferrum Argentanum, qui poſtea die 31. Auguſti ejuſdem anni, toti Collegio Philoſophorum, & Medicorum præſentatus, Laurea Doctorali decoratus fuit ab eodem Lanzono primariæ ſedis Philoſopho, & tunc Protomedico totius Univerſitatis. Coram quo, convocato Medicorum legentium cætu, die 3. Julii, pro rebus Collegii deliberandis, quæſitum fuit de loco dando in numero decem, & octo Votantium, Georgio Martellio Philoſophiæ, & Medicinæ Doctori conventuato uſque de anno 1699. (cum fuiſ-

ſet

ſet laurea jam inſignitus in Univerſitate Bononienſi) & deliberatum fuit, debere habere locum juxtà antianitatem conventuationis ſuæ. Item depoſitarius Collegii electus fuit Benedictus Malvezzi Philoſ., & Med. Doct.. Pariter eodem tempore ſtatuta fuit reſtauratio Oratorii S. Lucæ in ejuſdem Scholis ad uſum Medicorum, jam vetuſtate collapſi, ad quod onus ſuſcipiendum deputatus fuit Borſius Ferri Medicus collegiatus, & alia pro collegii utilitate pertractata fuere.

Cumque his diebus, nempe die 16. Auguſti 1728. ſupremum diem objerit F. Joſeph Alexander Corradi de Lauda Ord. Præd. 1728.
in hac Univerſitate S. Theologię ad mentem Angelici Pręceptoris Lector, auditis poſtulationibus nonnullorum Regularium ejuſdem Ordinis, tandem die 25. Aug. Moderatorum congregatio in demortui locum ſuffecit F. Bernardum Cimegottum Venetæ ditionis, ejuſdem Ordinis Magiſtrum, qui die 13. Novembris ingreſſum habuit ad ſuam Cathedram, patrocinium ſuum præſtando ſolemni diſputationi Theologali in publicis ſcholis habitæ per F. Henrichettum Virginium Nattam de Caſali Ord. Præd. & S. Theologiæ Alumnum.

Rebus Univerſitatis hoc pacto progredientibus; cum hoc anno inter Sapp. Magiſtratus, cooptatus fuiſſet Hercules Gratiadei celebris Advocatus, cumque illi demandata fuiſſent negotia totius Univerſitatis, ipſe conſtanti, & deliberato animo, Magiſtratu conſentiente, ſe totum tradidit non ſolum reſtaurationi, & reparationi fabricæ ſingularum ſcholarum tam ſuperiorum, quam inferiorum ubicumque opus eſſet; ſed ædem unam, ſeu auditorium ſatis amplum vindicavit, jam triginta ab hinc annis circiter uſurpatum, pro Juriſtis, in parte ſuperiori Palatii nuncupati (*il Paradiſo*) ad generale ſtudium jam deſtinati; atque ad alium uſum mancipatum, illudque ad locum diſputationum in Jure habendarum aſſignavit; ut commodiùs, & honorificentiùs publicæ iſtæ actiones complerentur. Quà propter, nova, atque eminenti cathedra extructa, & in fronte ejuſdem Scholæ collocata, tantum Auditorium picturis, & epigraphis loco convenientibus exornari curavit; Quorum omnium ſatis minuta deſcriptio habetur in Ephemeridibus Studiorum Ferrarienſis Univerſitatis, quas, illo anno, publici juris fecit ſæpe memoratus Baruffaldus.

Die verò 11. Novemb. in mane per Collegium Medicorum facta fuit deliberatio hujuſmodi; nempe = Quod impoſterum in caſu publici examinis pro laurea conferenda alicui in Philoſophia,

phia, & Medicina, non amplius id fieret apertis votis, ſeu per ſchedulas inſcriptas *Aprobo*, *Reprobo*, prout ex immemorabili conſuetudine factum huc uſque fuerat, ſed ſuffragia darentur per vota ſecreta, nempe globulis albis, & nigris a Bidello in pyxide colligendis, ut ità liberiùs, & nulla habita ratione, ſcrutinium procederet. Cui deliberationi decretum ſuum impoſuit tamquam Magnus Collegii Cancellarius, Thomas Rufus Card. tunc Ferrariæ Epiſcopus die 17. Novemb. 1728.

Per idem tempus novà Cathedrà aucta fuit Univerſitas: nam cum ſe ſpontè obtuliſſet F. Bonaventura Melotteri Ord. Eremit. S. Aug. Excalceatorum Ferrarienſis, in Hæbraica lingua excellens ad publicè habendas lectiones de Lingua ſancta, titulo tantùm honorifico, unanimiter per conſenſum Moderatorum, & Magiſtratus licentiatus fuit, ac habere cæpit lectiones horis mattutinis. Hoc pacto aucta fuit Univerſitas hac nova ediſcendi commoditate, quæ nuſquam, nequè in anteactis ſæculis, in hoc Gymnaſio locum habuerat.

1729. Ætate, ac laboribus defatigatus P. Hippolytus Palmieri Societ. Jeſu Ferrarien. ac Lector pub. Mathæſeos in Univerſitate, qui etiam in Collegio ſuo repetitiones, & demonſtrationes habebat, labores ſuos imminuere optans, reſignavit onus legendi in Collegio, excellenti Mathematico, nempe Hippolyto Siverio Ferrarien. ejuſdem Societatis, approbante Card. Ruffo Ferrariæ Legato, cui hæc Provincia demandata eſt ex inſtitutione: Remanente tamen publica ſchola apud P. Palmerium, quæ ab illo deſtituta fuit anno 1734. ob ejus obitum. Tunc tota Univerſitatis Congregatio admiſit eundem Sivieri; & qui uſque ad illud tempus privatas lectiones habuerat, onus publicè in Univerſitatis ſcholis legendi impoſterùm ſuſcepit.

Sed hujus anni ſtudia, autumnali tempore magnum paſſa ſunt detrimentum ob frequentes, & multorum menſium ægritudines, quibus Ferrariæ incolæ afflictati fuerunt, & detenti, peſſimo aeris influxu graſſante. Quapropter, & Medicorum multa ſollicitudo fuit, & Studentium pro valetudine tuenda maxima ratio habita eſt, non ſine multorum internecione. Non exigua certè fuere damna huic Univerſitati allata, cùm quindecim ex illa Profeſſores, inſperata morte, enecati fuerint. Inter quos illud
1730. magni æſtimandum eſt, quòd e vivis receſſerit clariſſimus Joſeph Lanzonus Ph., & Med. Doctor, ac Philoſophus primæ ſedis, raptus Kal. Februarii 1730. omnium Civium, & totius Univerſitatis lacrymis.

crymis. Ejus funus, more verè nobili, & Doctorali, ductum fuit; prout in Ephemeridibus anni 1750. adnotatum legitur.

Inter hæc, cum uſque a Kal. Februarii 1729. Hieronymus Baruffaldus Doctor Collegiatus, ac Rhetoricæ, humanarumque litterarum Lector, ad Archipresbyteratum Inſignis Eccleſiæ Parochialis Collegiatæ Terræ Centi Diæc. Bononien., licet in Ferrarienſi Ditione, promotus fuiſſet, & in pacificam poſſeſſionem immiſſus die 13. Septemb. ejuſdem anni, cum cognoviſſet, non ut ratio poſtulabat, promptum, ac ſedulum ſe futurum fore ad habendas Ferrariæ publicas lectiones in Almo Gymnaſio infra annum, tum ob locorum diſtantiam, tum ob graves novi ſui miniſterii curas, ideoque ad Cathedram, & munus Lectoris publici dimittendum, ſpontè, & liberè inductus, ſupplicem Moderatoribus libellum porrexit: cui inhærentes Moderatores ad novam Rhetoris electionem devenerunt. Cùm verò duo eſſent, qui poſtularent, nempe Jacobus Agnelli, & Bartholomæus Borſettus, nec in unum iſtorum convenire poſſent Lectores, ſatius duxerunt Lecturæ ſtipendium dividere per capita, & ambos poſtulatores ad Cathedram aſſumere diviſo legendi onere, & titulo.

Non ultrà proceſſerunt Ephemerides Baruffaldi, per quas omiſſiones Borſetti ſupplere poſſimus. Unicè poſt annos tres inſurrexit Antonius Ludovicus Boſchini Advocatus, qui illas contexuit pro anno 1734. eadem ſervata methodo. Ex hoc libello habemus, Rotulos hoc anno diſtributos, pro aſſignata materia quibuſcumque Lectoribus in ſingulis facultatibus, commodiori legendi ordine fuiſſe efformatos, & pro ſingulis horis diſpoſitos; ut in qualibet hora lectiones ſimul concurrentium haberi poſſent. Inſuper cum facta eſſet vacua quædam Cathedra ordinaria Juriſtarum per obitum Franciſci Riccii J. U. D. ad illam promotus fuit, factis priùs optionibus, Jo: Antonius Sturati J. U. D. ſimiliter ſubſecuto obitu Nicolai Orret Facini Ph., & Med. Doct. præmiſſis item conſuetis optionibus in Rotulo Artiſtarum, tradita fuit Cathedra Metheorologicorum Nicolao Benetto Philoſ., & Med. Doct. Præter hæc prorſus nihil, quod ad rem noſtram gymnaſticam faciat.

CÆTERUM, Primus Hiſtoriæ Ferrarienſis Gymnaſii Tomus per Ferrantem Borſettum conſcriptus jam explicit; & illius Examen, Supplementum, atque Animadverſiones hìc finem habent. Quæ enim ſuperſunt poſt completum Opus, (nempe = *Series Eſtenſium* *Principum, ac Summorum Pontificum, qui ab origine Ferrarienſis* pag. 438.

Uni-

pag. 440. *Univerſitatis, uſque in hanc diem imperaverunt* = Item *Series Judicum Sapientum Ferrariæ ab origine Ferrarienſis Lycei, uſque ad annum* 1473., *& deinde ad hæc uſque tempora*,) non inutilia habenda ſunt: immò hanc duplicem ſeriem neceſſariam duco: quamvis enim prior, in antiquis, ſuas ſpinas habere poſſit, & contradictores fortaſſe excitare; attamen ſecunda recentiſſima, eſt, & nuſquam ab Authoribus anteactis fideliter exhibita. Præcipuè verò Alphonſi Mareſti commentitiam Chronologiam valet deſtruere, dejicere, diſſipare, atque irritam reddere.

Sed ad ſupplendum, & animadvertendum alterum Tomum Hiſtoriæ Gymnaſticæ adeamus.

LIBRI QUARTI,

ET PRIMÆ PARTIS FINIS.

BUL-

B U L L A
V I T E L L I A N I P A P Æ,
V I G O R E C U J U S
F E R R A R I A C I V I T A T I S
Nomine decoratur.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

JUbente Vitelliano ſervo ſervorum Dei, atque Conſtantino Romanorum Imperatore Auguſto. Exiit edictum Romanum, ut deſcriberetur, qualit. poſt deſtructionem noſtræ *Vicunveria* (*a*) Eccleſiæ quæ de jure B. Petri Apoſtoli fuit, petitionibus, precibuſque Clericorum, & Laicorum, omniumque populorum habitantium infra Ducatum noſtrum Ferrariæ, in ipſa videlicet Maſſa Babylonia, quæ vocatur Ferraria, quæ de Patrimonio Sanctæ noſtræ Eccleſiæ Romanæ eſt B. Petri, in ipſa eadem Maſſa alteram fundavimus, & eam auximus, & ædificavimus Eccleſiam ad honorem Dei omnipotentis, & Martyris S. Georgii, atque in Epiſcopatum conſecravimus, ad jus, & dominium S. R. E. Beati Petri, & in dominio, & poteſtate, ſeu cura, & gubernatione ſua conſtituimus, atque ſubjugamus, & in ea quendam Epiſc. ex Romanis, Marinum ſcilicet virum religioſum juſtum, & honeſtum, ac venerabilem, & ex nobili genere ortum, ex auctorit. Beati Petri Apoſtoli, & noſtra cum Cardinalibus ſcilicet, & Epiſcopis noſtræ Romanæ Civitatis in ipſa Sancta Eccleſia Ferrarienſi ad *Epiſcopalem effectum* (*b*) eligimus, inveſtimus, & conſecravimus in jure, & dominio S. R. E. quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, & de illius bonis in ipſa S. Ferrarienſi Eccleſia B. Georgii, tanquam *ſpirituali* (*c*) filię ſuæ, atque hæredi per hoc novum inſtrumentum, & privilegium, nomine ſci-

H licet

(*a*) Al. Vicoventiæ. (*b*) Al. Epiſcopale officium. (*c*) Speciali.

Digitized by Google

licet dotis in conſervatione ejuſdem Eccleſiæ filiæ B. Petri, ſicut ſupradictum eſt, de patrimonio ſuo, de ſuo jure, atque dominio, in jure, & proprietate ejuſdem Eccleſiæ S. Ferrariæ, damus, donamus, & mancipamus, atque in perpetuum in jure, & dominio ſuæ proprietatis transferimus duodecim Maſſas poſitas infra noſtrum comitatum per ſingula loca, ſicut hic ſubter deſignantur. In primis damus Vicum Adventinum, & Maſſam, quæ vocatur Pollariolus, cum omnibus fundis, & pertinentiis ſuis, & tributa fluminis, & ripæ ſibi pertinentibus. Et ſimiliter damus integram medietatem de toto, & integro fundo de Contrapado, & *de campo Bedæ* [a], cum omnibus juribus ſuis, ambobus fundis, pertinentibus, & totam ſimiliter medietatem de tota, & integra Maſſa Quartiſanæ, cum omnibus ſibi pertinentibus: & Maſſam ſimiliter Donoro, cum fundo Albarea, & fundo Viconovo, & cum omnibus aliis fundis conſtitutis in ipſa eadem Maſſa; & ſimiliter damus, & tradimus totam, & integram Maſſam Firminianam, cum omnibus fundis, & juribus ſibi pertinentibus. Et ſimiliter damus, & tradimus totum, & integrum fundum, ſeu Corrigium *Portunariæ* [b] cum toto campo S. Martini, & cum toto fundo de Duce, juxta ipſum campum S. Martini: & totam medietatem de campo, qui dicitur de Capraria, juxta ipſum fundum de Duce, & totum fundum Orgianellam, & totum fundum Orgiariam, & totam Vallem, & Piſcariam, quæ dicitur Trenta. Et ſimiliter damus totum, & integrum campum Mixturiatum, poſitum juxta ipſam Piſcariam, & Vallem de Trenta. Et ſimiliter damus totum, & integrum fundum, & Corrigium de fronte buco, & totum Canale, qui dicitur *Leviarius* [c]. Et ſimiliter totum fundum, & Piſcariam, quæ dicitur Morticinus; & item tradimus, & damus ſibi Vicum Varianum, cum tota Curte ſua, & cum omnibus fundis pertinentiis ſuis infra totam prædictam Curtem conſtitutis. Et ſimiliter damus totum, & integrum fundum *Gallicum*, [d] cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. De his omnibus tradimus ſibi proprietates, & poſſeſſiones. Et iterum damus ſibi totam, & integram Maſſam Curuli, cum omnibus ſuis fundis; & ſimiliter Saletam Damianam, & alteram Saletam, quæ dicitur Caſtellana, cum omnibus ſuis fundis. Maſſam ſimiliter, & Occuparii, & Maſſam Ropiolam, cum omnibus fundis, & pertinentiis ſuis. Et Maſſam ſimiliter *Peducti* [e], & Maſſam ſimiliter *Seremariam* [f], & Trentam, & Maſſam Seneticam,

(a) Al. Caput Rhetæ. (b) Al. Pontenariæ. (c) Al. Lavinus. (d) Al. Galligam. (e) Al. Pedruru. (f) Al. Sarignanam, ſeu.

ticam, atque Caſtellionis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. Has omnes Maſſas, & prædictos fundos damus, & ſubjugamus prædictæ noſtræ majori Maſſæ, quæ dicitur Ferraria, cum omni obedientia, & ſervitute mercati quidem, & ripæ *telonei* (*a*); unam medietatem damus, & tradimus ſibi in proprietate, & alteram medietatem ſimiliter damus pro benedictione ad noſtram Civitatem Ferrariæ. Hæc quidem omnia prædicta ſunt de patrimonio, & jure, atque dominio S. noſtræ R. E. Beati Petri, ſicut ſupra legitur, in jure, dominio, ſeu proprietate ipſius S. Ferrarienſis Eccleſiæ Beati Georgii pro benedictione transferimus, & mancipamus, & tradimus in perpetuum pro timore omnipotentis Dei, & dulcedine, & amore præfati Marini Epiſcopi Ferrarienſis. Quem, ſicut ſupradictum eſt, ibi in Epiſcopum conſecravimus; ob hoc cognovimus eum virum ſapientem, & ab omnibus vitiis alienum, & bonis *omnibus* (*b*). Plenum, & in lege Dei ambulantem, immaculatum cognovimus, humilem exiſtentem, & reſiſtentem ſuperbis, latrones non diligentem, & obedientem, raptores, & homicidas, & adulteros, ſacrilegos, atque perjuros ad pœnitentiam vocantem, in Dei, & dilectione proximi manentem, Orphanis, & viduis conſilium tribuentem; Pauperem, infirmum libenter viſitantem, & mortuum ſepelientem, aliena minime concupiſcentem, ſed de ſuo proprio largientem, *& quatenus vixit* (*c*), & in charitate perfectus eſt, tribuens omnibus pauperibus de ſuo, nudis, eſurientibus, & ſitientibus veſtitum, cibumque tribuit, & potum, carceratos liberat, infirmos viſitat, & peregrinis hoſpitium tribuit, & peccatores a peccatis eorum libenter abſolvit. Qui conſervat omnia Dei mandata, damus licentiam ſibi ordinandi, atque conſecrandi Eccleſias, Monaſteria, Capellas, Clericos, Monachos, Abbates in ſingulis Maſſis per totum noſtrum Comitatum Ferrariæ. Qui penitus non vocentur ad nullius publicæ poteſtatis placitum, neque diſtrictum, ſed ſemper maneant in dominio, & poteſtate, ſeu diſtrictu, atque electione, atque judicio ſupradicti Marini Epiſcopi *Coepiſcopique* (*d*) noſtri, ſuorumque omnium ſucceſſorum Epiſcoporum ipſius Epiſcopi Ferrarienſis; ipſum autem Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores in dominio, & poteſtate, ſeu diſtrictu, atque ordinatione, inveſtitione, & conſecratione ſunt noſtræ Romanæ Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, de *ejus* [*e*] patrimonio, & in ipſam Eccleſiam tenemus, & affirma-

(*a*) Al. Tolonei. (*b*) Al. moribus. (*c*) Al. de ſuo contentus ſiſtit. (*d*) Hoc coepiſcopique in al. abundat. (*e*) Al. cujus.

mus in *Vicarium* (*a*) habendo, ut quomodocunque noſtra univerſalis perſona in Epiſcopatu creaverit, ordinaverit, inveſtiverit, & conſecraverit, ille in honore habeat Epiſcopum ſedens; & in ipſo ſimiliter Epiſcopio tales canonicos ordinavimus, qui juſti, & timorati, & firmati in lege Dei a ſæculo taliter ſint alienati, qui nullam proprietatem apud ſe tenuerunt, ſed qui Dei amore, atque timore omnia fecerunt communia in charitate, & canonicè, ac regulariter vivere promiſerunt. Votum, & profeſſionem Deo fecerunt, & in ſcriptis firmaverunt ipſam *profeſſionem* [*b*] ponentes *etiam* [*c*] ſuper altare, unam tantummodo clavem habent, atque marſupium, eleemoſinas quotidie dant pauperibus, nemine illorum cogitante de craſtino, præter victum, atque veſtitum nihil retinent, & omnia pauperibus ſuperflua tribuunt. In dormitorio quidem lucernam ardentem in medio habentes, communiter jacent, & dormiunt, & in refectorio ſimiliter edunt communiter. Quibus pro timore, & amore omnipotentis Dei ut in ipſa Sancta Eccleſia noctu, dieque deſerviant Deo, a parte Sanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ hoc beneficium per hoc noſtrum privilegium illis, ſuiſque ſucceſſoribus futuris canonicis tribuimus totam, & integram quartampartem totius decimæ, quæ dabitur ad ipſam Eccleſiam, & ſimiliter totam, & integram decimam de omni ſua, ſuorumque famulorum laboratione habeant.

Imperator, & noſtra Imperatoria potentia laudamus, & confirmamus omnia, quæ à Sancta Romana Eccleſia in prædicta Eccleſia Ferrarienſi B. Georgii ſunt tradita, & donata per hoc idem ipſum privilegium, ipſum tam dictum Marinum, venerabilem præſulem, ſuoſque canonicos pro illorum regione, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus in noſtra recipere protectione ut omnia; quæ poſſident, vel in futurum acquiſierint, & poſſidebunt, ſecuri, & quieti perpetuo detineant. Terras ſcilicet, & vineas, paludes, & ſilvas, atque piſcarias, colonos, villas, ſervos ſimiliter, & ancillas utriuſque ſexus; hæc omnia pro ſuo victu, & veſtimento, cum toto diſtrictu teneant quiete, & nemo ſit auſus diſtringere illos, ſuoſque colonos, atque familios, neque de ſuis bonis minuere. Quia pro timore Dei abſolvimus illos ab omni publicadatione, & functione, atque diſtrictu, per præcepta quidem, & privilegia Sancta Romana Eccleſia B. Petri, hæc omnia data, & tradita ſunt in Epiſcopatum Ferrarienſem per Papam Vitellianum, & per

(*a*) Al. perpetuum. (*b*) Al. promiſſionem. (*c*) Al. eam.

& per Conſtantinum ſimiliter Romanum Imperatorem. Ferraria conſtet Ducatrix, & diſtinguat omnes alias Civitates. Quia ab Apoſtolica Sede tenet principatum datum ſibi a principali, quem chronica vocat Ducatum. Infra quem Comitatus Ferrarienſis deſignatur hoc modo. Ab Oriente ab una parte fluminis eſt altera noſtra Maſſa Fiſcaliæ, & Foſſa Boſonis. Inde tranſiens flumen Sandali per paludes, & piſcarias ultra meridiem uſque ad locum Maleti, & ſuper aggere Antianum per paludes, & piſcarias capiens lacum Vitreum, deſcendit ad Occidentem uſque ad locum Formoſum. Qui certus finis inter Romaniam, & Longobardiam, & ab altera fluminis parte ſimiliter ab Oriente eſt Canalis, qui dicitur de Fine. Quæ certa finis eſt Comitatus Ferrarienſis, & alterum noſtrum Comitatum Comaclenſem, capiens alteram noſtram Maſſam Forminianam, quæ de prædicto Comitatu Ferrarienſe eſt. Et per ſua jura circumdat fundum *Renæ* (*a*), & Cornacervinæ deſcendens per paludes, & piſcarias contra Orientem uſque ad canalem, & Corrigium *Fichini* [*b*]. Et per ipſum Corrigium, atque canalem convertitur ad flumen Erydanum. Inde ad Orientem deſcendit poſſidens omnia uſque ad Gaurum, & ipſum flumen Gaurum Apoſtolica, & Imperatoria auctoritate Comitatus Ferrarienſis deſcendit uſque in mare. Ab Occidente ſimiliter ingreditur per flumen Tartarum tendens per paludes, & piſcarias in parte Septemtrionali juxta comitatum Gavelli circumdans Maſſam *Comiti* (*c*), & fundum *Lognari* (*d*), & foſſatum de *Silinile* [*e*]. Inde per paludes, & piſcarias in parte Septemtrionali capit fundum Corneti, & fundum Occuparii, & fundum ſimiliter *Ambuſii* (*f*), cum omnibus illius Comitatus Ferrarienſis deſcendit in Gaurum, per quod flumen Gaurum Ducatum, & Comitatum Ferrarienſe incidens comitatum Adrienſe, & tangens Ducatum Venetiæ. Auctoritate Apoſtolica, & Imperatoria Ducatum, & Comitatum Ferrarienſem deſcendit in mare nulla ſibi prohibente perſona Apoſtolici, & Imperatoris contradicente ſententia, & omni remota controverſia ſententia Apoſtolici, & Imperatoris teneatur. Undecunque ſint euntes, & redeuntes ad noſtram Civitatem Ferrariæ, ſecuri pergant, & revertantur ad mare, uſque ad prætatam Civitatem Ferrariæ, cui ſubjugamus omnes regiones, quę ſunt à mari, uſque ad Ferrariam, & ultra Ferrariam majores, ſive minores ad finem Comitatus infra omnia lateras ſupradicta. Infra quem Comita-

(*a*) Al. Reri. (*b*) Al. Cithini. (*c*) Al. Corneti. (*d*) Al. Leguanum. (*e*) Al. Sillule. (*f*) Al. Ambroſii.

mitatum nemo præſumat ædificare ſua auctoritate turrim, vel caſtrum, niſi data licentia, & conſilio ipſius Civitatis Ferrariæ, non Dux, non Marchio, nullus Comes, neque Epiſcopus, non Archiepiſcopus, nec Vicecomes, & ſi ipſius Civitatis communi licentia contempta, atque conſilio ædificaverit aliquis intra turres ipſius caſtri, vel turris, ſemper ſubjaceant, atque omni tempore obediant ipſi noſtræ Civitati Ferrarienſi. Nunquam ſint rebelles, ſed obedientes ſemper permaneant, & ſi in aliquo tempore contra ſupradictam Civitatem inſurgere tentabunt, noſtra Sancta Apoſtolica, & Imperatoris auctoritate liceat ipſi noſtræ Civitati Ferrarienſi ipſum caſtrum, vel turrim deſtruere. Cui noſtra univerſalis perſona a parte Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Beati Petri, & Apoſtol. & Imperator. noſtra Imperatoria majeſtas per hoc privilegium habere honorem, & virtutem, atque poteſtatem damus, largimur, & in perpetuo habendam hanc dignitatem confirmamus, Regni ſcilicet, Civitatum *quandocunque* (*a*) per eam tranſierint, & redierint, claves, cum poteſtate, & virtute tradimus ſibi, ut non poſſint per eam tranſire niſi ibi applicuerint, & cenſum Ripæ fluminis Apoſtolico Nuntio perſolverint.

Imperat., & iterum noſtra Imperatoria majeſtas per hoc privilegium concedimus ad præfatam Civitatem Ferrarienſem hunc honorem, & hanc dignitatem, ut in aliena patria ſui cives non conſtringantur, ſed alios omnes in ſeipſa diſtringat, ita ſcilicet, ut Apoſtolicus Nuncius ante ſe omnibus *quærentibus* (*b*) faciat legem, undecunque ſint *alieni* (*c*), ſi unus de altero queritur ibi faciat juſtitiam, & ſi tertium exegerint, tribuant de ſe autem cives Ferrariæ noſtri, & ſuburbani in ſua tantummodo Civitate Ferrariæ, ante Apoſtolicum Nuncium faciant legem querentibus de ſe, illi tamen qui ſub eodem Judice ſibi verſa vice juſtitiam fecerint ante Apoſtolicum Nuntium quando generale placitum cuſtodierint. Et ut non alibi ſint diſtricti, neque judicati Imperatoris edicto illos abſolvimus, & liberamus, & noſtra Imperatoria auctoritate ad noſtri Regni Civitates Italiæ per terram, ſive per aquam, cum libertate magna pergant ſecuri, & quieti, nemine ſibi prohibente Imperatorio edicto contradicimus, & nullam aliam injuriam, & contumeliam ſuſcipiant, ſed ſolitum cenſum Civitatis ſolvant, quod ab omni alia injuria, & contumelia, & detrimento, ſeu mala ſuper impoſita protegantur per hoc noſtrum præceptum, quibus nullam

(*a*) Al. quantumcunque. (*b*) Al. præſentibus. (*c*) Al. alicui.

Digitized by Google

lam publicam functionem, ſeu *cautionem* (*a*), vel tributum, aut feudum neque hoſpitationem civitatis, vel burgi nullo modo exigimus. Sed quando in Italiam noſtra Imperatoria majeſtas advenerit, cives Ferrariæ, ſi oportuerit, & a noſtra parte quæſitum fuerit, dabunt nobis contra noſtros rebelles in hoſtem mille viros ferentes arma cum ſuis navibus per aquam, vel per terram xxx. dies manentes nobiſcum. Ab omni alia publica functione, & datione, ſicut diximus, abſolvimus illos pro timore, & amore Dei omnipotentis, & Beati Petri Apoſtoli, ſuoſque filios, & hæredes in cujus proprietate ſuam Civitatem Ferrariæ ipſi poſſident, in qua juſſimus per tempora ordinari mercatum. In quo omnes Civitatis negotiandi cauſa convenerint, ſolvendo ibi tamen tributum Ripæ, & fluminis. In mercato quidem ſiſtunt ſecuri, & etiam Apoſtolicus Nuntius, ſi apparuerint omnes undecunque ſint, faciant, & obediant placita. Quicunque capiunt terram per pedem ab uno tantum modo illis denarium ſingulum tribuant. Venetorum quidem, & Ravennatum pecuniam, & naves negotiandi cauſa nequaquam per ſuum comitatum ultra Ferrariam tranſeant tali licentia, & auctoritate Ferrarien. ſi permittere voluerint, & ſi permiſerint tranſire, reddant tributa fluminis, & ripæ. Bononienſes quidem cives per Ferrarienſem quidem comitatum nullo modo ad Venetiam, neque ad ullum mercatum pergant ſine conſenſu, & data ſibi licentia populi Ferrarienſis, & ſi conſenſum habuerint, ſolitum reddant tributum, ſcilicet ad noſtram Civitatem cum magna ſecuritate veniant, & in ſuis navibus permanendo vendant omnia quæcunque duxerint Ferrariam tamen ſi convenire poterint cum alienis dando ſcilicet tributum ripæ, & fluminis. Et ſi in navibus vendere non poterunt, liceat eis in terram deponere, non ut faciant tabernam, ſed ſummatim vendant cuicunque voluerint. Similiter Ferrarienſes Epiſcopi Ferrarienſis, ſive Ferrarienſium auctoritate per foſſas negotiandi cauſa ad nullum portum declinent.

Apoſtolica &c. Ferrarienſibus autem civibus talem exigimus tributum, atque obedientiam, ut unaquæque libera perſona capitis Maſſarii ipſius civitatis annuali reddat ſuffragium ad noſtram Sanctam Romanam Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli denarium ſingulum Venetiæ. Et alteram ſimiliter faciant obedientiam, quod ſemel per annum ſi a nobis fuerit requiſitum *cum* [*b*] noſtrum Apoſtolicum

(*a*) Al. dationem. (*b*) ante.

Digitized by Google

cum Nuntium. Si præco impoſuerit bandum per tres dies cuſtodient generale judicium, & uſque tertiam horam ſcribantur clamores, & querimonia, poſtea per menſis curriculum clamari juſtitiam faciendo ſi vocati fuerint, cuſtodiant judicium, mulieres habentes viros, & filii patres, ſervi quoque, & mercenarii non vocentur ad judicium, ſed ad ſuos Dominos pergant, in quorum poteſtate conſiſtunt. Qui ſi non fecerint juſtitiam, ad noſtrum judicium revertantur. Qui veritatem confeſſus fuerit, nullo modo teneatur de tertiis, ſed qui veritatem negaverit, & fuerit convinctus, in integrum tertias dabit. Judices autem, advocati, capitanei, & omnes *vaccaſſores* [*a*], tabelliones, & conſules a tertiis ſint liberati, ſed de illis dicimus *vaccaſſoribus* [*b*], qui tenent feudum, & equos. Viduæ quidem, & orfani nequaquam tertias dabunt. De generali vero judicio in illo ſcilicet arbitrio ponimus, ſi placitum voluerint cuſtodire maneant ad noſtrum convivium. Capitanei omnes prædicti, *& vaccaſſores* [*c*], judices, advocati, & tabelliones, atque majores de ſingulis regionibus in omnes ad noſtrum ſimiliter invitamus convivium, & ſi generale placitum voluerint cuſtodire, & obedire tribuant nobis libras decem denariorum Venetorum. Raptores autem, latrones, falſatores, atque ſacrilegi, homicidæ, perjurii, ſeu adulteri per totum annum conſtringantur ad noſtrum judicium. Bannum autem noſtrum qui fregerint, pœnam centum, & octo denariorum Venetorum ſuſtineant.

Armanni autem extra Civitatem Ferrarienſem habitantes propria, atque precaria tenentes in ſuis regionibus *annuatim* [*d*] Apoſtolicum generalem cuſtodiant, & obediant placitum, & hoſpitia tribuant ſibi, & quæ ſunt neceſſarię collectam, vel *fodrum* [*e*], nec hoſpitationem, vel ullam aliam dationem in illo tempore illis exigimus; ſcilicet omnia pro Dei timore dimittimus illis, atque pepercimus. Et inſuper noſtris nuntiis firmiter præcipimus, atque non contradicimus, quod nunquam ab eis aliter ſint gravati, nullaque alia ſuper impoſita ab illis facta, vel acquiſita, ſed in dominio civitatis ſemper conſiſtant, quia noſtras regiones alias noſtræ prædictæ Civitatis Ferrariæ ſubjugavimus, ſicut ſupradictum eſt, forte autem, & ſi in aliquo tempore ad prædictam noſtram Civitatem Ferrarienſem veniremus cum patientia, & humilitate, atque reverentia *fodrum* (*f*), *tributa*, atque hoſpitia tribuatis.

Civibus autem noſtris Ferrariæ talem ponimus, atque ſtatuimus uſum,

(*a*) Al. Valvaſsores. (*b*) Al. Valvaſſoribus. (*c*) Al. Valvaſſores. (*d*) Al. Nuncium. (*e*) Al. focum. (*f*) Al. focum: & ly tributa deſideratur.

uſum, atque conſuetudinem de terris, & domibus ſuis, ut non conſtringantur, ſed perpetuum, firmum, detineant. Si quis terram ſua vacuam dabit ad levandum (*a*) & qui ſuſcipit inde ſervierit (*b*) nunquam ſibi poſſeſſio auferatur. Et qui ſuam dabit pecuniam, nullam injuriam patiatur, ſed ipſi & ſui hæredes omni occaſione, & neceſſitate remota, ſecuri, & quieti ſemper poſſideant, & ſtatutam *poſſeſſionem* (*c*) Domino ſolvant. Non tamen liceat ædificatori ædificium deſtruere, & ſuper alterius terram ædificare, quia conſuetudine judicatum eſt ſolo cedere, quod ædificatur; ædificator autem ædificium ſi voluerit vendere, dominum terræ prius inquirat, & ſi dominus ædificium voluerit emere, omnibus quibuſcumque ſit præpoſitus, non tamen dolo, vel fraude in emptione, ſed juſto arbitrio trium civium virorum, ſecundum videlicet ædificii quantitatem, & qualitatem ædificator ſuum ædificium vendat, ſi emere quidem voluerit, dominus, tunc vendet ædificator ſuum ædificium cuicunque voluerit, dominus ipſo jure, & uſu conſervato emptori quem prius habuit ædificator. Et ſuſcipiat dominus ab ipſo emptore penſionem illam ſolitam, quam a ſua ædificatione ſuſcipiebat. Et *obſervata* (*d*) ſimiliter ſibi inveſtitione illa, quam prius fecit ſuo ædificatori, forte autem, & ſi per ignem ædificium deſtruatur non ſibi ideo auferatur poſſeſsio, ſi terram voluerit tenere, & ſolitam præbere domino poſſeſsionem. Et ſi ædificator duxerit uxorem, liceat ei ſibi per dotem dare, & *ſive filius* (*e*) moriens reliquerit poſſeſſionem, poſſideat ipſa per inveſtitionem ſui viri, filium autem ſi habuerit, & ante mortem ſuam mortuus fuerit, ad eam ſimiliter perveniat donec vixerit, mortua autem matre, ad proprietatem revertatur, & uxor ſui viri, & ſibi conſentiens fuerit, obtineat inveſtitionem, quam ipſe fecerit de rebus ſibi pertinentibus, & ſtatutam penſionem ſuſcipiat.

Similiter, & filius conſervans inveſtitionem patris ſui, quam ipſe ſuus pater fecit de rebus matris ſuę ſibi *pervenientibus* (*f*), quia legitimus, & idoneus eſt vir procurator, & adminiſtrator de bonis uxoris ſuæ, & filiorum ſuorum. Nec miror ullo modo, vel occaſione, ſuam inveſtitionem frangat, nec ut ſuſcipiat ullam fraudem, vel deceptionem in ſua inveſtitione. Et ſi ædificator voluerit dimittere ædificium ad vendendum, *quod omnia* (*g*) ſua, prius

I

(*a*) Al. ſervandum. (*b*) Al. ſervaverit. (*c*) Al. penſionem. (*d*) Al. conſervata. (*e*) Sive filiis. (*f*) Al. pertinentibus. (*g*) Pro anima.

prius inquirat dominum ſuum, & antequam moriatur juſto arbitrio trium bonorum virorum pretium æſtimetur, & poſt mortem illius ita ſolvatur. Si vero evaſerit, & vivat, in ſæculo non de ipſa æſtimatione, & *convictione* (a) a ſuo dominio teneatur, ſed quietus poſſideat per ſuam inveſtitionem, quam ſua pecunia acquiſivit. Et ſi dominus ipſam terram voluerit vendere, prius inquirat ſuum penſionarium ſi voluerit emere, & vendat ſibi arbitrio ſimiliter trium bonorum virorum, cavendo tamen meliorationem *ab ipſa ædificatione* (b) facta ſuper terram, & pro ipſa melioratione majus ſuſcipiat pretium, quod non acceſſerit ab alio emptore. Ædificator autem ſi noluerit, vel non potuerit emere, vendat dominus cuicunque voluerit, conſervata tamen ab ipſo emptore illa inveſtitione, quam ædificator ſuſcepit a domino ſuo, & ille emptor ſtatutam, & ſolitam ſuſcipiat penſionem. Dominus autem ſi voluerit donare, vel permutare ſuam proprietatem, non prohibemus, ſi donationem, vel permutationem ſuæ proprietatis, & qui ſuſcepit donationem, proprietatem, vel permutationem conſervet poſſidenti inveſtitionem, quam ſibi fecit donator, vel permutator. Etſi inter poſſidentem, & dominum ſurrexerit contentio, & de poſſeſſione, vel inveſtitione diſcordia aliqua apparuerit, nec ad ſententias pergant legis, ſed ad uſum ſententiarum tendant. Et ſapientes iſtius civitatis pro uſu videlicet dominum, & poſſidentem, non tamen, ut domino probatio detur, ſed poſſidenti tribuat defenſionem. Et ſi ædificator, & ſui hæredes inteſtati, vel ſine liberis deceſſerint, perveniat in illis, qui legitime ſucceſſerint, ſibi etiam conſervata illis inveſtitione, quam ædificator ſuſcepit in vita ſua. Si autem terram vacuam ſine ſervitio aliquis dabit ad elevandum ædificium, taliter in uſum confirmamus, ut dominus terræ bonæ prævideat, ne in futuro ſe pœnitere voluerit. Quia non laudamus, ut ædificator dolo, vel fraude deceptus deſtruat, quæ bona fide ædificavit, ſed bonæ fidei ædificator quietus poſſideat, & ſtatutam domino tribuat *poſſeſſionem* (c), tamen non liceat ei, qui ædificavit, deſtruere, & ſuper alteram terram conſtruere, & non liceat ſibi vendere ædificium niſi domino, ſi voluerit emere, juſto ſcilicet arbitrio trium bonorum virorum, ſed ſecundum tempus qualitatem ædificium arbitrio ſuo. Et ſi dominus noluerit emere, vendat ædificator cuicunque voluerit.

(a) Al. conventione. (b) Al. quæ ab ipſo ædificatore eſt facta. (c) Al. penſionem.

Digitized by Google

luerit. Unde conſtringimus dominum, ut conſervet uſum ad ipſum emptorem, quia quod emere noluerit alteri potuit vendere, ſed qualiter inter ſe concordati fuerint, ita maneant obligati. Dominus autem, qui dederit terram, nullo modo ſibi auferat, omni ſcilicet occaſione remota, niſi propria, & clara ratione ſua, ſicut eſt pro ſuo filio, & ſervo, vel ſua propria neceſſitate, & probata neceſſitate. Si ad ſuum dominum voluerit tenere, ſine pæna ædificator tollat ſuum ædificium, & ſi dominus ædificium noluerit emere, & ipſam inveſtitionem emptori conſervare noluerit, ædificator *quodcunque* (*a*) voluerit, ſuum tollat ædificium. Eodem volente jure in domino, quod in ædificatore laudamus, & non repellat dominus de poſſeſſione ſua cum ædificatore bonæ fidei, niſi data prædicta cauſa, & neceſſitate, & ædificator, vel emptor ſuum ædificium tollat, & ſi dominus terram nolluerit vendere, ædificationem prius inquirat, & vendat, ſi emere voluerit, juſto ſimiliter æſtimato prætio arbitrio trium bonorum virorum, cavendo tamen meliorationem, quæ facta eſt ab ædificatore ſuper terram. Et pro ipſa melioratione minus pretium ſuſcipiat, quod non acceperit ab alio emptore. Liceat tamen ædificatoribus ædificia, & uſum ſuis hęredibus relinquere, & donare, vel per teſtamentum relinquere ſuis uxor, quæ ſecuræ, & quietæ poſſideant ſemper, & ſtatutam penſionem domino tribuant. Ædificator ſi neglexerit annualiter domino tradere penſionem, in duplum illam judicamus. Qui autem terram, & domum cum ſervitio ad penſionem dederit, ambo ſuam conventionem detineant, & ſtatutam penſionem domino ſolvant. Si vero penſionom annualiter dare non ſtudebit, in duplum emendabit. Et non liceat domino poſſidentem de poſſeſſione repellere, niſi propria, & clara neceſſitate. Quod ſi contigerit prius reddatur ſibi a domino ſuum, quod fecit, inde ſervitium, quam ſuam poſſeſſionem dimittat, & per ignem deſtruitur, non ideo ſibi poſſeſsio auferatur, niſi prius reddat medietatem ſervitii. Et ſi terra cum domo ad penſionem dabunt ſine ſervitio, nulla pęna inter ſe obligabunt, quia poteſt dominus de poſſeſſione repellere poſsidentem, & cuicunque voluerit tribuere. Et ipſe penſionarius quando vult poteſt dimittere, eo ſcilicet modo, quod ſi dominus ante finem anni repellit eum de poſſeſsione, perdit penſionem domus anni totius.

(*a*) Al. quandocunque.

totius. Et ſi poſſeſſor ante finem anni de ipſa domo exire noluerit, de toto anno ipſam ſolverit penſionem. Inter penſionarium quidem, & dominum ita firmiter præcipimus, & laudamus, ut ſemper in domino habeant obedientiam cum reverentia, & humilitatem, non verbo, non facto domino faciant injuriam. Sed in eum pacificum, & humilem ſemper ſe habeant. *Cuilibet* [*a*] autem in uſum firmum tenere ita laudamus. Qui anto horam tertiæ navem tulerit ad naulum tribuet ſibi, quod de die dare convenerit, & ſi poſt tertiæ horam navem tulerit de ipſo die nihil tribuat. Et ſi ante tertiæ horam reddiderit navem de ipſo die nihil tribuat. Et ſi poſt tertiæ horam navem reddiderit tribuat, ſibi quicquid convenerit; & ſi eundo, vel redeundo ſine culpa aliquid acciderit impedimentum, unde longiorem faciat moram, donec impedimentum manebit, nullum patiatur detrimentum. Sed ſi ſcienter ad ſuſpectum jerit locum, mora ſola ſuſtineat detrimentum, navem ſcilicet domino reddat, & ſtatutum illi tribuat naulum, cum navi quidem dominus tribuat, quod in uſum habere ſimiliter volumus bonum ſcilicet gubernatorem, & vas unum evacuatorium, & cum navi ſua ſimiliter *ſinem* [*b*] tribuat. Quod in conſuetudine ſimiliter ponimus, & qui navigando, vel gubernando fregerit remum, nullum inde ſuſtineat damnum. Et ſi culpa, aut injuria remum fregerit, alterum ſimilem illi dabit, & ſi navem trahendo fregerit funem, nihil ſibi inde emendabit, & ſi culpa fuerit fracta quantum deterior fuerit, juſto arbitrio ſit emenda.

In diebus Dominicis ab omni opere mandare *ceſſum* [*c*] debemus, quia veſpere ſabbati, uſque ad lunæ diem, dominicus dies cavendus erit. In quo de navibus nemo tollat naulum, neque molendinum in aquam ſe volvat, & qui operatur navem in dominico die, de toto ipſo die tribuat naulum. Mercenarius autem, qui habebit per pactum a nemine altero ſeducatur, vel recipiatur, niſi priori domino compleat pactum, & ſuum ſuſcipiat beneficium, dominus autem annualiter ſi beneficium ſibi dare noluerit in duplum ſibi reddat noſtro judicio. Mercenarius autem donec in ſervitio manet, & ſi lucrum aliquod fecerit, totum domino acquiratur. Et ſi damnum aliquod ſine domini juſsione, fecerit mercenarius, totum ſibi imputabitur, mercenarius autem ſi noluerit complere pactum ſolidorum viginti-

(*a*) Al. Civibus. (*b*) Al. funem. (*c*) Al. ceſſare.

gintiquinque denariorum Ferrarienſium, ſuſtineat pœnam; fugitivus namque extraneus ſi in noſtra civit. Ferrariæ inventus fuerit, quem dominus petit per ſervum, nequaquam ſibi reddatur, niſi prius juſtificetur, & ſi poteſt defendere in veſtra civitate ſuam libertatem, liber, & quietus permaneat in civitate Ferrariæ. Si autem ſervus eſt judicatus, atque convinctus, non aliter ſuo domino reddatur, niſi dominus pro ſervo prius ſolidum aureum tribuat, & poſtea ſervum ſuſcipiat.

De civibus autem noſtri Ferrarienſibus nobilibus, & ſapientibus duodecim eligimus nobiles, & ſapientes viros conſules, qui magna libertate civitatem regant, & populum, & ſua jura cum proprietate detineant, & Romano more ſuum jus, & honorem detineant, & magna fortitudine ſuam conſuetudinem teneant. Petrum ſcilicet Romanum germanum ſupradicti Epiſcopi, comitem Rubertum, & *Lebertum* (*a*) fratrem illius, Berengarium, & Albericum capitaneos, & ſaracinum de *Vavaſporibus* (*b*), & *Bugianarellum* (*c*), qui degitimi ſunt Valvaſſores, Lodricum, et Benonem Judicem, & legis peritum, Leonem negotiatorem atque imbellionem compertum, qui neminem injuſte lædant, ſed omnia juſte diſcutiant. Vidua, vel organi injuriam nullam ſuſtineat, ſed ſemper juſtitiam ſuſcipiant. Non teneant latrones, ſacrilegos atque raptores homicidas, & adveteros repellant, atque per jurios in lege Dei firmati, atque juſtificati ſemper permaneant, et Apoſtolico ſermone muniti in Dei ſemper vivant timore, quæ præſtare dignetur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui in cælis regnat cum Deo Patre, et Spiritu Sancto, & tertia die pro nobis ſurrexit à mortuis. A ſancta Apoſtolica ſede hæc omnia ſunt largita, atque ſtatuta.

Imperator, & noſtra Imperatoria majetas per hoc privilegium omnia ſupradicta ſibi confirmat, & omnia Apoſtolica, & Imperatoria auctoritate in perpetuum arma (*d*) teneri jubemus. Nemo igitur de his ſupradictis omnibus nullo modo frangere, vel diminuire ſtudeat, ſed in perpetuum ab omnibus firma teneantur. Si quis autem hoc noſtrum privilegium ullo modo tentabit violare, vel ſi non obedierit, quocunque honore ſit decoratus, Imperatorio edicto eum privamus, et de ſuis bonis pœnam centum librarum imperatoria ſententia eum condemnamus, quarum medietatem in noſtra camera tenemus, alteram medietatem prædictæ ſanctæ

(*a*) Al. Lambertum. (*b*) Al. Valvaſsoribus. (*c*) Al. Rainardum. (*d*) firma.

Digitized by Google

ctæ Ferrarienſi Eccleſiæ Beati Georgii, et prædictæ civitati Ferraria dari præcipimus. Amplius etiam Apoſtolica ſede Romana ſit excommunicatus, & anathematis vinculo ſit alligatus perpetuo. Et ad extremum Judicium non reſurgat, aliminibus ſanctæ Eccleſiæ ſic ſeparatus, & a Paradiſo alienatus, & ad dexteram Dei non ſit vocatus cum Juſtis, ſed a ſiniſtra cum impiis ſit judicatus: & cum Juda traditore ſuam portionem poſſideat in inferno inferiori. Qui autem cuſtos, & obſervator extiterit, Sanctorum omnium benedictionibus repeleatur, benedictionem Domini noſtri Jeſu Chriſti accipiat, & Apoſtolorum Petri, & Pauli omniumque aliorum Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, & in cæleſti Regno perpetuam poſſideat portionem.

Ad auſculatione hujus Inſtrumenti inter fuerunt Teſtes infraſcripti, videlicet Gennarius, Bonaventus, Ambroſius, *Beltramus, Nigubonus (a)* Milus, Guido Guarnerii, Guido Gambalonga, Martinus Belcerite, Arinatus Notarius, & alii ad hoc vocati fuerunt.

Et ego Severus Dei gratia Sacri Palatii Notarius, ſicut in privilegio Henrici Bonvicini Scriptum inveni, ita ſcripſi, nec plus, nec minus, me ſciente, niſi forte punctum, vel ſillabam, vel litteram, quod non pertineat ad ſenſum, vel materiam, ſub milleſimo duecenteſimo ſexto Indictione nona Ferrarie.

Et ego Aldigerius, qui ſui de ſoletinio, Sacri Palatii Notarius hoc ſupradictum inſtrumentum, ſeu privilegium exemplum ab exemplari authentico, quod inveni ſcriptum, & roboratu, ſeu exemplatum nomine ſeveri notari ab ipſo ſevero ut inveni in privilegio Henrici Bonvicini exemplato, ut in ipſo inveni ita in hoc loco, & quaterno ſcripſi, & exemplavi bona fide, ſine fraude, nihil me ſciente addens, vel minuens, niſi forte in compoſitione literarum, vel ſyllabarum *ſcilicet non contentum (b)*, ſeu ſententitam mutet, & cum autentico aſcultavi currente anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto indictione tertia decima, tempore Alexandri Papæ, in menſe Martii.

NU-

(a) Al. Beltraminus Nigerbonus. (b) Al. Sed non quod ſenſum.

Digitized by Google

NUMISMATUM EXPLICATIO.

CUm quattuor Numiſmata maximi moduli exhibeantur diſtributa in fronte cujuſcumque libri hujus primæ partis Animadverſionum, & Supplementi ad Hiſtoriam Gymnaſticam Ferrantis Borſetti, operæ pretium duxi illa ſingula, in gratiam lectorum, explicare, ad hoc ut non irrito conatu, & voluptuosè tantùm hic inſerta videantur.

NUMISMA I. *fol.* 7.

Aureum, elegantiſſimum, & ferè unicum, e gaza Regis Chriſtianiſſimi depromptum, cuſum fuit in memoriam pacis initæ in Concilio Florentino inter Græcos, & Latinos ſub Eugenio IV. cujus vides effigiem ornatam pontificalibus inſignibus. Litteras habet, in parte antica = *Sub Eugenio Papa IIII. Anno Chriſti* 1439. *uniti ſunt*. In poſtica verò *Græci Armeni in Synodo Florentina cum ſede Apoſtolica*. Quod verbum *Apoſtolica* extra orbem nummi, & in quadam faſciola prope medium, & ſub imagine D. Petri Apoſtoli, ità exprimitur *Aplica*. per notam compendiariam. In anteriori parte extat ſummus Pontifex Eugenius in Cathedra ſedens, brachiis extenſis, in quorum uno Claves S. Petri. Altera verò manus eſt actu benedicens. Caſulam habet, Pallium, & Mitram. Duo ſtemmata item cuſa extant: a dextra eſt Eccleſiæ Romanæ unum, binis clavibus apoſtolicis, a læva verò illud gentis Condulmeriæ. In averſa autem nummi parte ſpectare licet effigiem S. Petri, ad cujus pedes procumbunt duo viri habitu, & ætate ſpectabiles. A dextris ipſe eſt Imperator Joannes Paleologus diademate redimitus, qui Græcorum nomine fidem, & obſequium devovet ſummo Chriſti Vicario: idemque præſtat Armenorum Legatus a ſiniſtris.

Ex Claudio du Molinet. Pariſiis 1679.

Concilium Ferrarienſe inchoatum fuit de menſe Januarii 1438. & in eo interpres adſtitit Guarinus Veronenſis Lector in Univerſitate Ferrariæ.

NUMISMA II. *fol.* 27.

Æneum eſt, & verè maximi moduli. Ex Muſæo Claudii du Molinet. In anteriori parte habentur hujuſmodi Characteres ✠ ΙΟΑΝΝΗC. ΒΑCΙΛΕVC. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ. ΡΟΜΑΙΟΝ. Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟC. hoc eſt *Joannes Rex, & Imperator Romanorum Paleologus*. Ibi ejus imago per latus exprimitur, capite per cuſpidatum pileum cooperto, barbaque prolixa; & more græco expreſſa. In averſa

verò

verò parte ſpectatur ipſe Joannes Paleologus equo inſidens, & crucem adorans; vultu, & comitatu, quibus urbem Ferrariam ingreſſus eſt. Leguntur hujuſmodi litteræ ΕΡΓΟΝ. ΤΟΥ. ΠΙΣΑΝΟΥ ΖΩΓΡΑΦΟΥ, quæ explicantur per alia verba in ſuperiori numiſmatis parte cuſa *Opus Piſani Pictoris*

Concordat hoc Numiſma cum ante deſcripto aureo, quoad effigiem. Fuſor, ſive Cuſor ejuſdem, Piſanus, Nicolai nomine nuncupabatur celeberrimus illo ævo, prout videre eſt in frequentiſſimis Numiſmatibus, quæ circumferuntur.

Borſettus de hoc Imperatore verba habet T. 1. l. 1. f. 37.

NUMISMA III. *fol.* 35.

Ludovicus Arioſtus non verò lauro redimitus prout alibi in minori numiſmate apparet. Numiſma æreum eſt in Gazophylacio Nicolai Baruffaldi Ferrariæ ſervatum, una cum aliis ejuſdem magni Poetarum Italorum Epicorum Principis. In poſteriori parte legitur. *Pro Bono malum*. Emblema eſt manus cum forfice linguam ſerpentis obtruncante. Idem lemma quoque in alio ejuſdem Poetæ Emblemate extat: eſtque Apum Alveare cum igne ſuppoſito, per quem apes fugam ab alveare capiunt, vel combuſtæ procidunt, ad ſignificandum ſe mala recepiſſe ab elaborato ſuo Poemate. Jovius latè illud explicat in ſuis emblematibus. Aliud Numiſma quoque apud eruditos habetur figuræ oblongæ ſeu ovatæ, in quo vera, & ſimillima facies Arioſti apparet cum litteris L. A. In averſa verò parte extat caſus Phaetontis affabrè efformatus, vel facies Lippæ de Arioſtis, quæ fuit Opizzonis eſtenſis Ferrariæ Marchionis Uxor.

NUMISMA IV. *fol.* 43.

Satis affabrè cuſum apparet Numiſma æreum anno 1562. elaboratum. In anteriori parte extat Imago *Alberti Lollii* clariſſimi Oratoris Ferrarienſis, litteris additis, nomen, & cognomen explicantibus. Averſa pars duas exprimit effigies fœmineas, quarum una Fortunam denotat calvam, & ſuper parvum orbem pervolantem: pedibus alarum ſubſidio fulcitis. Altera Pigritiam, Otium, ſeu Inertiam denotat ſedentem, inter ſpinas, & manibus comam perfricantem. Lemma eſt. *Obviis Ulnis*, ex quo ſignificatum volumus, Pigritiam, & Fortunam obviis tantum ulnis, non vero faciebus occurrere, nec ſimul ſtare niſi per oppoſitum. Obiit Lollius Ferrariæ anno 1569. multa ſcripſit ſoluta oratione, & carminibus, quorum mentio eſt apud Borſettum T. 2. pag. 369. Ex Muſæo Nicolai Baruffaldi.

IN-

INDEX
RERUM NOTABILIORUM
HUJUS PRIMÆ PARTIS.

A

ACademiæ Intrepidorum inſtitutio pag. 39
ejus dotis aſſignatio 39
Academiæ aliquot Ferrariæ 39
Additio Herculea Ferrariæ conſtructa 31
Agnellius Jacobus Lector Græc. litt. primus 48 50
Rhetoricæ 55
Albericus Chriſtophorus Lector 31
Almum cur dicatur Gymnaſium Ferrariæ 25
Anathomes Theatrum noviter extructum 48
Lectiones pro turno Lectorum habendæ 48
Angliæ Schiſma 32
Archidiaconatus Ferrariæ de juribus Collegii Doctorum Juriſtarum 28 29
Arienti Joſeph Canonicus 49
Arioſtus Gabriel. Ejus carmina 32
Ludovicus coronatur 32
Ejus laudatio 40
Aſſociatio funerum habita per Doctores 27
Augmenta honorariorum pro Lectoribus 51
De Auria Nicolaus. Ejus ſingulare certamen 32

B

Balbus Alexander Finalenſis 36
Banchius Alphonſus J. U. D. interfectus 38
Bandellius Vincentius 27
Bartolus Philippus Hieronymus 44
Daniel 44
Baruffaldus Nicolaus 8
Hieronymus 8 46 47 49 55
Dominicus 44
B. Beatrix Eſtenſis. Rumor ad ejus tumulum 38
Bellaja F. Nicolaus Sac. Th. Lector 49
Belvedere *ejus deſcriptio* 35
Bidelli offitium 25 26
Bojardus. Petrus Epiſcopus Ferrariæ 21
Bonifacius IX. Papa Studium Ferr. inſtituit 17
Ejus Bulla de Emphiteuſi 17
Bononienſis Univerſitas Ferrariam translata 14
Borſettus Andreas ſupplevit opus Guarini 3
Ferrantes 48
Bartholomæus 49 55.
Borſii Ducis Eſtenſis mors, & epitaphia 24
Boſchinus Lud. Antonius J. U. D. 55
Braſavola Antonius Muſa 46
Brutturi Hieronymus Soc. Jeſ. 36
Bulla Vitelliani Papæ pro Civitate Ferrariæ 57

C

F. Caeſarion Ord. Servorum 23
Caj Valii Inſcriptio antiqua 8
Calcagninus Cælius 31 32 36 41

Cal-

Calvini fuga	36
Carbonus Ludovicus	23
Carolus V. Imp. ejus diploma pro Univ. Ferr.	32
Caroli Galliarum Regis funus	38
Caſtaneus Medicus	38
Caſtracanius Franciſcus Canonicus	49
Cathedra Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ inſtituta	48
Cathedra Rethoricæ perpetuata	48
Cathedra linguæ ſanctæ erecta	54
Cathedra linguæ græcæ inſtituta	48 50
Cathedralis Eccleſiæ Ferrariæ deſcriptio	48
Cereorum oblatio facta Eccleſiæ Ferrarien.	29
Centones quid ſint	39
Chitò Joſeph J. U. D.	49
Clemens VIII. Ferrariam privilegiis dotavit	39
Cimegottus F. Bernardus Lector	53
Collegium in quo differat ab Univerſitate	14
Collegium Artium Mechanicarum	16
Collegium Serræ Ferrariæ	40
Collegium Romanum	40
Collegium Campionis	40
Collegium Pennæ	45 46
Collegiorum ædes in Epiſcopatu reſtauratæ	51
Conceptionis Immaculatæ controverſia	27
Concilii Ferrarien. pictura	7 8 22
Concordia inter Commune Ferrariæ, & Alphon. Ducem	31
Controverſia inter Bononien., & Ferrarien.	46
Coronatio Ludovici Arioſti	32
Corradus Joſeph Alexand. Lector	53
Crivellentus Joſeph J. U. D.	49

D

Decretum compromiſſ. inter Ducem Sabaud. & Remp. Januen. Ferrarienſi Univerſitati commiſſum 44
Decretum pro libertate Eccleſiæ Ferrarien. 47
Decretum favore Univerſit. Ferrarien. 46
Documenta in fine Hiſtoriç collocanda 28 29

E

Ephemerides Studiorum Ferrarien. 47 49
Epidemia Ferrariæ 54
Epiſcopus Ferrariæ Magnus Canc. Univerſitatis 47
Epitaphia Nicolai March. Eſtenſis 22
Eſtenſium Imperium 28

F

Facinus Nicolaus Orret. Medicus 55
Favallius Ceſar Pariſius J. U. D. 48 52
Ferrariæ Encomia. Vituperationes 12 13
Devolutio ad S. Sedem 38 39
Ferrus Fabritius Ph. Med. 52
Feſti Labilli Inſcriptio 11
Finius Daniel 32 33
Folegattus F. Dominicus Lector 51
Forum Allieni 9
Freguleus M. Ant. Advocatus 48 51
Froldo quid ſignificet 41
Funerum aſſociatio 27

Gari-

Digitized by Google

G

GAribaldus F. Pius Fœlix 51
Gymnaſium Ferrarienſe a Federico Imper. Bononia Ferrariam translatum 13
Graeci nunquam domini Ferrariæ 10
Græcarum litterarum Cathedra reſtituta 48
Grammatica in Univerſitatibus non legitur 20
Gratiadei Hercules Adv. illi demandata ſunt negotia Studii reſtaurandi 53
Hippolytus 50
Guarinus Jacobus 3
Guarinus Veronenſis Ferrariæ conductus 21
Ejus carmina in Ferrariam 21
Ejus domus ædificata 31
Guaſcus Chriſtophorus ejus ſingulare certamen 32
Gymnaſii Ferrarien. prima ſedes 15
Ejus vera Epoca 17 19

I

INcendia refugium ſunt pro iis qui documenta legitima non habent 13 16
Inſcriptio Hierocomii in carceribus 38
Inſcriptio in Æde Collegiali Notariorum 44
Inſcriptio Ant. Muſæ Braſavoli 46
Joannes Minorita ſcriptor Annal. 23
Judicum ſapientum Ferr. Reſidentia vetus 41
Eorum ſeries 56
Julius II. Papa in Alph. ducem Ferr. 31
Juſtinus Franciſcus Anathom. lector 50

Digitized by Google

L

LAnzonus Joſeph. lector primæ Sedis	52 54 55
Lectores extranei utiles in Univerſitat.	42
Lectura Summæ Rolandinæ	43
Lectura ſacræ Paginæ excitata	47
Lectura Linguæ ſanctæ	48
Lectura Rethoricæ perpetuata	48
Leonia Hereditas	44
Libra Marcheſana quæ	30
Ligorius Pyrrhus laudatus	9
Lombardus Joſeph. Not.	44

M

MAjus Franciſcus *Med. lector*	51
Malucellius Joſeph. Not.	44
Malvetius Benedictus Med.	53
Marcheſana Vidæ libra	
Mareſta Alphonſus	56
Marius Jo: Bapta. lector	51
Martelli Georgius Med. Conventuatus	52 53
Maximiliani Imp. funus	38
Meloceri F. Bonaventura lector	54
Metropoliticum Jus Ecclæſiæ Ravenn.	47
abrogatum	47
Minorita F. Joannes Annaliſta Ferr.	23
Modena F. Antonius Maria lector	50
Monetæ Ferrarien. deſcriptio	30
Montanus Jo: Bapt. S. J.	36
Muratorius Ludovicus Antonius	11
Muſica laudatur	15

Nal-

Digitized by Google

N

Nallius Dominicus Not. 44
Nigriſolius Petrus Not. 44
Franciſcus Maria Med. 46 50 52
Niventi deſcriptio 24

O

Oratorium S. Lucæ reſtauratum 58
Oratorium Roſarii 37
Oratorium S. Crucis 37
Orret Facini Nicolaus Medicus 55

P

Pacchiarinus Ludovicus ejus Teſtamen. 28
Padi Fl. Intumeſcentia 49 50
Paleologi Numiſma 8
Palmerius Hippolytus S. J. 36 37 54
Paradiſi Palatium pro ſcholis aſſignatum 37
Patres Soc. Jeſu Ferrariæ 36
Teſtimonium Civitatis pro illis 37
Paſſar da Pompoſa a Milano 40
Pharmacopæa Nigriſolii Ferrarien. 50
Pharmacopolarum viſitatio 49
Piſanus M. Antonius J. U. D. 50
Pordenoni Jo. Antonius Pictor 33
Palatium vide Paradiſus.
Palatium vide Belvedere
Priſcianus Peregrinus 31
Privilegium Caroli V. Studio Ferr. elargitum 22

Digitized by Google

Pſivilegia Protomedicis conceſſa 50
Publius Pupius Med. ejus monumen. 10

Q

QUaſtiones curioſæ phyſicæ ſolutæ in Gym. Ferr. 52

R

REgillus v. Pordenonus 33
Reſidentia Magiſtratus Ferrariæ 41
Rhetoricæ Cathedſa peſpetuata 48
Riccius Fſanciſcus J. U. D. 55
Righettus Antonius Franciſcus lector emeritus 50
Roſſi F. Lauſentius 49
Rotulus ſeu Rotulum quid ſignificet 25

S

SAlicetus Bartholomæus 16
Scamna Gymnaſii concremata 31
Schiſma Anglicanum 32
Scholę publicę in Palatio Paradiſi 37
Reſtauratę 53
In Oratorio S. Crucis 19
Scrutinium pes fabas albas, & nigras 53 54
Scutellaſius Fsanciſcus. J U. D. 50
Sigillum Univerſitatis Juriſtarum 19
Siverius Hippolythus S. J. 54

So-

Digitized by Google

Societas Jeſu Ferrariæ 36 37
Solidi Ferrarien. valor 30
Somaſchæ Cl. Regg. 45
Statua Alberti March. Eſten. 17 18
Statuæ Ducales in Platea Ferrariæ 22
Statuta Miſericordiæ 20
Statuta non ſemper compendiosè enunciata 28
Statuta Scholarium Artiſtarum 48
Stemmata lectorum appenſa in Scholis 46
Studium. Vide Gymnaſium vel Univerſitas.
Sturati Jo: Antonius Lector 55
Summa Rolandina, & ejus lectio 43

T

Taſſonus Co: Alphonſus 38
Taxa Pharmacopolarum 49
Thebaldeus Antonius Poeta 24
Templi majoris Ferrariæ deſcriptio 48
Tertiarium pro Tertiaria uſurpan. 44
Theatra Ferrarienſia 39
Theatrum Anathomicum novum 48
Torneamenta Ferrariæ 37
Travini Dominici Ecloga 47
Tribunatus Ferrariæ deſcriptio 41
A Turre F. Angelus Dominicus Ord. Præd. 48 53

Digitized by Google

V

Vaccarius F. Henricus lector 50
Joſeph Med. D. 46 47
De Valentia Lodovicus Patavium accerſitus 29
Veritas non ſemper expedit, ut dicatur 29
Vici ſeptem per Agrum Ferrarien. 8
Villa Antonius Soc. Jeſ. 37
Vineæ Catus laudat Langonum 52
Vitelliani Privileg. pro Ferraria 9 57
Univerſitas Ferrariæ Vide Gymnaſium:
Voltolina Petrus Dominicus Medicus 49

F I N I S.

ERRA-

fol.	linea	ERRATA	CORRIGE.
33	17	plaſmata	ſphalmata
35	4	Ferarriam	Ferrariam
11	20	*Inſcriptio* FESTI LABIRI exſcribi debet hoc pacto.	

> FESTO. LABIRI. PRIMIGE. DELIC.
>
> Parva ſub hoc titulo Feſti ſunt oſſa lapill.
> (ſic)
> Quem afrens fato condidit ipſe pater.
> *Catera prout jacent ibi legantur*.

Digitized by Google

Vidit P. D. Philippus Premoli Clericorum Regularium Sancti Pauli, & in Eccleſia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius pro Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIV. Archiepiſcopo Bononiæ.

Die 5. Julii 1740.

AD Excellentiſſimum Dominum D. Hieronymum Hilarium Clerici J.U.D., ac S. Theologiæ Lectorem Publicum, nec non Sancti Officii Conſultorem, ut videas pro Sancto Officio, & referat &c. De Ordine Reverendiſſimi Patris Inquiſitoris Generalis Bononiæ.

F. Joſeph Paulinus Rogerius Provicarius Sancti Officii Bononiæ &c.

Vidi, & admitti poſſe cenſui hac die 30. Julii 1740.

Hieronymus Hilarius Clerici Sanctiſs. Inquiſitionis Conſult.

Attenta retroſcripta atteſtatione.

Imprimatur

F. Thomas Maria de Angelis Inquiſitor Generalis Sancti Officii Bononiæ.

VA1 151 9091

Digitized by Google